dita, accioche trattanto ò riceua con queſto titolo li frutti del pegno, godendolo; ò li frutti del denaro preſtato con affit tare al medeſimo venditore la coſa venduta per lo ſpatio del medeſimo tempo. Queſta ſorte diabolica di contrahere non ſolo vſa, quando vno hà neceſſità di denaro con mutuo vero per ſeruirſene nel ſuo biſogno: ma vſa ancora trà il Creditore & il Debitore, che non hà commodità di pagare il denaro; quaſi che con queſto modo di contrahere, *videatur Creditor pecuniam breui manu mutuare debitori ſuo, coequali Credito, & cum illa pecunia eadem breui manu debitum ſoluere, ac pro ea, quaſi in pretium conuerſa domum, ſeu pignus vendere, vt factum fuit.* Et coſi da queſto mutuo interpretatiuo ſi fà vſura, non ſolo mẽtale, ma pura, & vera; quale ſe bene nel giuditio de gli huomini ſi ſoſtiene (ſi come io *in iudicando* l'ho ſoſtenuto sẽpre in Lõbardia, doue vſano queſti Cõtratti, non ſolo per la forma di eſſi, ma per la cõſuetudine, & vſo frequẽte, che iui l'ãmette, & permette) nõ dimeno nel giuditio tremendo di Dio, non sò, ſe coſi andarà, & io in me ſteſſo queſti Contratti gli ho ſtimati ſempre ſoſpetti. Onde non è gran coſa forſe, che il Teſtatore conſapeuole della ſua intentione nell'articolo della morte, habbia con la remiſſione legata voluto aſſecurar queſto paſſo, & aggiuſtar queſta partita con leuarſi coſi di ſcrupolo.

Ma laſſiamo queſti giuditij interni, de quali *neque etiam iudicat Eccleſia*, tornando alle conſiderationi legali, conſidero
18 quelle parole replicate nei tre riceuuti (à buõ conto) quali ò che ſi deuano intendere à buon conto del prezzo, e quando ciò ſia, ſegno è, che la ricompra ſi ſtima per fatta, poſcia che, *Pretium non conſideratur niſi in contractu emptionis, & venditionis, ipſumque contractum iam perfectum ſubſequitur, non autem præcedit perficiendum.*

O che dette parole (à buon conto) le vogliamo intendere à buon conto della reſtitutione del denaro dato, o per dir meglio del denaro creduto, che il Teſtatore per Penſioni auanzaua. Et con queſta interpretatione reſultarebbe conſequenza chiariſsima che fondamento di queſto Contratto foſſe il Credito, non la vnedita, & che, come credito ſi conſideraſſe nei riceuuti, non come prezzo.

In oltre, ſi come il denaro pagato per parte di prezzo, o di re-

ſtitutione

reſtitutione ſtà in Credito di V. S. mentre non haueſſe, o non
haueſſe hauuto effetto la retrouendita, & in debito del Teſtato-
19 re, dai cui heredi lo potrebbe ripetere, coſi quello, che reſta, de-
ue per oppoſito dirſi, che ſia à Credito del Teſtatore & debito
di V.S. *vt oppoſitorum eadem ſit ratio, & nè vna, & eadem res
diuerſo iure cenſeatur.*

Aggiungo, che ſebene *promiſſio de vendendo*, & forſe anco
20 *de retrouendendo, eſt promiſſio facti, & non obligat præcisè àd
factum, ſed promiſſor liberatur ſoluendo omne intereſſe*, non
dimeno nel caſo noſtro, oue precede patto giurato, & ſeguita
parte del pagamento, *obligat præcisè & neceſſariò, ita vt nec
locus ſit pœnitentiæ, nec admittatur æquipollentia per ſolutionẽ
cuiuſcunque intereſſe; nam iuramentum, & precij ſolutio fa-
21 ciunt deſinere rem eſſe intentionatam*, dico dunque che quando
anco la retrouendita non foſſe fatta, nondimeno douendoſi ne-
ceſſariamente fare, ſe hà come ſe con effetto foſſe fatta.

Et quando anco queſti pagamenti foſſero fatti anticipatamẽ-
te, *ſub ſpe futuræ retrouenditionis*, ſi come puo farſi la vendi-
ta, o retrouendita anticipatamente à lo sborſo del prezzo,
habita fide futuræ numerationis, non dimeno queſto reſiduo
(ancorche muta faccia, & natura per la ricompra indiuidua
introdotta co'l primo sborſo) non è più prezzo, come era, *re in-
tegra antè attentatam redemptionem*, mà è credito, come re-
ſto, o reſiduo di quello sborſo, che per natura di detto contrat-
to douea farſi tutto inſieme nel contratto intentionale della ri-
ricompra, che trà loro ſi faceua.

Si corrobora tutto queſto, che non è dubbio, che dai detti tre
riceuuti ſi raccoglie aſſai manifeſto, che la retrouendita ſi ha-
uea tra le parti per reale, & per vera. Onde poſcia *ſunt quid eſ-
23 ſe tale, vel haberi pro tali.*

*Sic paria ſunt fideiuſſionem de non offendendo eſſe datam, &
haberi pro data.*

*Conditionem eſſe impletam, & haberi pro impleta, rem eſſe
traditam, & haberi prò tradita.*

Solutionem eſſe factam, & haberi pro facta cum ſexcent ſimil.

Finalmente dico, che *retrouenditio habetur pro facta*, in
24 riſguardo, & vtile di V.S. *per quem non ſtat quominus fiat*, ha-
uendo maſſime pagata parte del prezzo ſi come *conditio habe-
tur*

tur

Digitized by Google

tur pro impleta ad fauorem eius, per quem non ſtat, quominus impleatur.

Et ſe bene circa queſti doi vltimi motiui potrebbe opporſi,
25 che procedono *per fictionem, non per veritatem, quaſi aliud ſit quid eſſe tale, vel haberi pro tali, & nullum ſimile ſit idem*.

Nondimeno ſi puo riſpondere, che ſe bene è fictione, è però fictione legale, che s'agguaglia alla verità. *nam fictio iuris aqui-*
26 *pollet veritati, quoad omnes iuris effectus, qui concernunt intereſſe eius, prò quo lex fictionem inducit*.

Tengo dunque in reſolutione del punto à fauore di V.S. che li detti 200. ſcudi reſidui ſi comprendino nel legato. Alche nõ ſolo non oſtano, ma conferiſcono, & aiutono li tre motiui, che hò poſti in contrario.

Circa il Bimio, & Gozzadino allegati nel primo motiuo ſi riſponde, che il Bimio pone ſolo il motiuo, autorizzandolo co'l
27 Gozzadino, & però al Gozzadino ſi deue intendere; qual Gozzadino ſi muoue ſolo in detto luogo da queſta ragione [perche non potendo il venditore eſſer forzato di ricomprare, non puo ne anco eſſer forzato pagare il denaro; onde non è credito, *quia non poteſt ab inuito debitore extorqueri*.

Ma nel caſo noſtro, oue la ricompra è già fatta, ò vero ſi hà per fatta, ò vero precedendo il patto da farſi, & ſeguendone sborſo de parte del prezzo, V.S. non poteua far di meno di non ricomprare, & pagare il reſto del prezzo; ſi che ſi ritorce queſto primo motiuo in ſuo fauore.

Al ſecondo ſi dice, che ſe bene il debitore conditionale non
28 è vero debitore, non dimeno il Signor Timothei, doppo che con la reſtitutione della metà del prezzo ſi è dichiarato voler ricomprare, queſta conditione incerta, & contingibile della ſua volontà diuiene certa, & ſi purifica. Onde *actus purificatus, & purus idem ſunt; & conditio, qua aduenit habetur, ac ſi non eſſet adiecta*.

Al terzo ſi dice, & longamente ſi è dedotto di ſopra, che la
29 ricompra ſia fatta, ò ſi habbia tra le parti, *& de iuris potentia* per fatta, ſtante il patto giurato, li pagamenti del prezzo, la confeſſione de le parti: onde non ſol ceſſa, ma ſi ritorce il motiuo.

La Campana vltima della Predica mi leua in fretta la pen-

na di mano; però laſſo, & finiſco ſenza poter anco riuedere quanto io ſcriuo. Caui per ſe quel poco le pare à propoſito, & le bacio la mano. Gubbio. 22. Febraro. 1636.

D.V.S. molto Illuſtre & Eccellentiſsima.

Affettionatiſsimo Seruidore
Federico Marioni.

Facit Surd. conſ. 104. num. 10. 15. vol. 1. Rot. deciſ. 801. part. 4. diuerſ. deciſ. 398. num. 1. part. 1. deciſ. 312. part. 2. diuer. Gratian diſcept. forenſ. quæſt. 38. num. 1.

ARGVMENTVM.

An filius, & filia teneatur requirere & ſequi in Matrimonio contrahendo Parentum voluntatem, propinquorum, aut Conſanguineorum, & an Pater filium, & filiam, etiam exhæredando poſsit cogere ad nubendum pro ſuo arbitratu.

An, & quomodo impedientes matrimonia quominùs liberè contrahantur ſint excommunicati, An, & quibus pœnis poſſint per Iudices Ordinarios plecti, &c. vbi de libertate Matrimonij multa habes enucleata.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 In claris non eſt dubitandum.
2 Diuiſio diſcurſus.
3 An vir, & mulier poſſint nubere ſine conſenſu Parentum, & aliorum de familia num. 9 num. 11 num. 25.
4 Mulier nubens perpetuò obligatur.
5 Matrimonium eſt vinculum, & onus.
6 Vir, & Vxor dicuntur ſocij diuinæ, & humanæ domus, atq; vna, eademque caro.
8 Legatum an debeatur Mulieri non nubenti pro arbitrio alicuius.
9 Renitentia Paterna an poſſit diſſoluere, & annullare Matrimonium.
10 An ſit peccatum Matrimonium contrahere inuitis parentibus. ex S. Thom. num. 22. num 25.
11 In Mutatione ſtatus quilibet liber exiſtit num. 26.
13 Sententia Viguerij de libertate Matrimonij.
14 Mulier an poſſit exhæredari, ſi, inuitis parentibus, nubat.
15 Seniores ſunt iunioribus prudentiores.
16 Pater an teneatur dotare filiam, ſi, eo inuito vult nubere, & an ſi vult ingredi Matrimonium. num. 20.
17 Dos ad quid mulieri conſtituatur.
18 Mulier an poſſit petere ſupplementum Dotis.
19 Dos eſt patrimonium Mulieris.
21 Pater tenetur dotare filium ſuſcipientem Ordines ſacros.
23 Nemini facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo.
24 Quod fit lege permittente, pœnam non meretur.
27 An impedientes Matrimonia ſint excommunicati.
28 Decretum Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 24. c. 9. de ref. matrim. refertur.
29 Quomodo intelligatur. num. 31.
30 Matrimonia debent eſſe libera.
31 Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de reform.
32 Matrimonia quo iure tractari debent.
33 Matrimonia impedientes qua pœna plecti debent.
34 Excommunicatio ſemper ſupponit delictum, quod inultum remanere non debet.

35 Pœna ordinaria quæ ſit in foro Eccleſiaſtico, & quæ ſit in foro ſeculari.
36 Impedientes matrimonia faciunt contra iuſtitiam.
37 Menoc hij verba referuntur.

Peruſin. libert. Matrim. Votum pro D. D. N. N.

RESPONSVM QVINTVM.

1 NON eſt locus dubitandi, vbi per ſe res ipſa clariſsima eſt: ne itaq; tempus inani verborum circuitu inutilitèr conteramus, cõcluſiuè procedendo, quaſi per corollaria Quęſito, ex tranſmiſſo Themate, propoſito, ſic reſpondẽdum fore de iure, ſum arbitratus, nimirùm, quòd quilibet excommunicationis fuit irretitus vinculo, qui non ſolum explicitè, ſed etiam quouis modo ſeſe ingeſſerit ad Matrimonium impediendum inter eos, qui in Themate proponuntur, præſuppoſito tamen, quod præceſſerint ſponſalia, prout coram Illuſtriſsimo D. Vicario Epiſcopali fuit oſtenſum tam ex fide tranſmiſſa ipſius Mulieris, quàm etiam ex ore ipſorum contrahentium, vt ex actis patet. &c.

2 Vt autem ordinatè procedamus, tria ſunt pro modò diſcutienda in præſenti diſcurſu.

Primò probabimus, filium, aut filiam, inuitis parentibus, licitè poſſe cõtrahere Matrimonium, multò magis, inuitis propinquis, & conſanguineis cuiusuis generis.

Secundò, quod impedientes Matrimonia ſine iuſta cauſa, ne liberè contrahantur, excommunicationis ſunt infecti pęna.

Tertiò quod vltrà excommunicationem, alijs pœnis de iure grauioribus ſunt plectendi.

Deueniendo itaquè ad primam materiei diſquiſitionem, ac

3 inſpectionem; Clarum eſt, quod ſicuti Vir, ita etiam mulier poteſt

teſt nubere ſine conſenſu Patris, ac aliorum propinquorum, aut Conſanguineorum. Nam in ijs, quæ mulier perpetuæ obtringitur
4 ſubiectioni libera perfectò debet eſſe, nec alicuius tenetur ſequi voluntatem.

Verum in matrimonio contrahendo Mulier ſubiectioni ma-
5 trimoniali obligatur, cum Matrimonium ſit vinculum, & onus, docente *Paulo Apoſt. 1. Corinth. cap. 7.* quia nemo coniugum corporis ſui poteſtatem habet, quoniam Maritus, & mulier di-
6 cuntur ſocij diuinę, & humanæ domus, & ſunt vna eademq; caro. *c. debitum. de bigam. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſump. 139. num. 6. Surd. deciſ. 330. num. 20.*

Meritò mulier in contrahendo matrimonio libera eſt, & nul-
7 lius tenetur ſequi voluntatem. ita *Viguer. in tract. Inſtit. Theolog. cap. 16. §. 7. verſ. ſexto.*

Secundò, quia conditio, in qua diſponitur, quod legatum reli-
8 ctum Mulieri tunc debeatur, ſi nimirum de Patris voluntate Matrimonium contrahat, vtiq; non ſuſtinetur, ſed legatum adhuc valere dicitur, & mulieri debetur. quamuis Patris non accedat conſenſus, huiuſmodi namque conditio eſt de directo contrà Matrimonij libertatem.

Exindè conſequens neceſſariò videtur, quòd mulier iſta in iſto caſu Parentum conſilium, ac beneplacitum ſequi nullo modo teneatur.

Tertiò, quia inter cauſas, ex quibus diſſolui, atque annul-
9 lari poſſunt ſpōſalia, nullibi reperitur deſignata Paterna renitentia, referente *Sanchez de Matrim. lib. 1. diſput. 14. num. 2. & num. 4.*

Quo fit, vt mulier poſſit contrahere Matrimonium, Patre ipſo reluctante, nec conſenſum præſtante.

10 Corroborantur prædicta ex ſententia D. *Thom. 2. 2. quæſt. 104. artic. 5.* in corpore, qui ait, nullum eſſe peccatum, Matrimonium contrahere abſque Parentum conſenſu, immò ſi quiſpiam promiſſionem Matrimonialem, aut Sponſaliorum non ſeruaret, vtique grauitèr peccaret, quamuis hoc contingeretur metu Patris reuerentiali, cum libertas tolleretur Matrimonij. *cap. Gemma. de Sponſal. ita Scot. in quarto. diſtin. 29. quæſt. 1. in fin. Abb. in c. 1. nu. 6. de deſponſat. impub. Surd. conſ. 54. n. 15. lib. 1.* qui dicunt, quod filius in contrahendo

Matri-

Digitized by Google

Matrimonio Patri non tenetur obedire, quia in Mutatione ſta-
tus quilibet liber eſt. ex *Couarr. in 4. decret. In 2. part. cap. 3. §. 8.*
num. 5. ad idem *Speculator. de Sponſal. & Matrim. §. 2. nu 3.*

Nam quamuis de honeſtate in hoc videatur requiri conſili-
12 um paternum (non tamen vllibi reperiatur Propinquorum)
nihilominus, non eſt de neceſsitate, cum nec Patri, nec cuiquã
vlla perfectò inferatur iniuria, ſi filij, iure permittente, con-
trahant matrimonium illius irrequiſito conſenſu, aut licentia,
ſic docuit *Viguer. d. tract. Inſt. Theolog. cap. 16. §. 7. verſ. ſexto.*
13 ibi, Matrimonium adeo liber eſt, vt filius, & filia ad præce-
,, ptum Patris contrahere non tenentur, immò etiam, Patre, ac
,, Matre inſcijs, & renitentibus, contrahere poſſunt, quia in
,, Matrimonio eſt perpetua ſeruitus, ad quam filius, qui liber
,, eſt, præcepto Patris cogi non poteſt, nec impediri; cui quidem
ſententię ſe ſubſcripſit ex omnium Theologorum ſui temporis
opinione. *Dyoniſ. Cartuſian. de fide Orthodox. lib. 4. art. 168. nu.*
3. Tom. 2.

Id quod adeo magnifaciunt Doctores vtriuſque cenſuræ, &
pro re clariſsima comprobant, vt. poſtpoſito quolibet abuſu,
aut corruptela, communi ſuffragio audeant aſſerere. Mulierem
14 adhùc non poſſe exhęredare, ſi, inuitis parentibus, nubere ve-
lit; ita *Sanchez de Matrim lib. 4. de conſens. coact. diſput. 25.*
num. 2. vbi innumerabiles allegat doctores pro iſta tuenda
opinione.

Et quamuis nonnulli affirment, hoc tantum procedere, ſi fœ
mina Viro digno nubat, ſecus vero, ſi Indigno, vt ex *Pariſ. conſ.*
29. nu. lib. 3. Pace tamen tanti Viri dixerim, verior eſt alio-
rum ſententia, quæ pro communiſſima habetur, nempè Mulie-
rem nullo pacto exhæredari poſſe, licet Indigno contrahere vo-
luerit Matrimonium, cum ſcilicet hoc tenderet ad tollendam
Matrimonij libertatem, quemadmodùm de multorum opinio-
ne tradit idem *Sanchez d. diſput. 25 nu. 3. verſ. Sed melius idem*
tradit. & c. Fulu Pacian. de probat. lib. 2. cap. 3 num. 115. Siqui-
dem rationem affert, Nam iura diſponentia conſenſum requiri
Parentum, non arctant contrahentes, vt omninò totis ſe viri-
bus adigent illorum conſilio, ſed hortantur dumtaxat, vt tal-
15 tem petant, ſi liber, conſilium; quaſi Seniores Iunioribus pru-
dentiores ſint, ac magis experti in Mundi agibilibus, & ita lo-

cuntur

Digitized by Google

cuntur de conſilio, non autem de præcepto, ſic idem, & multò fortius dicendum de Patruis, fratribus, cœteriſque propinquis, & conſanguineis contrahentium, cum quibus ipſi in hoc caſu nihil habent commune, vltra quod illa iura ſunt correcta per Ius Canonicum, & per Concilium Tridentinum, vt infrà patebit. videas tamen *Felin. in c.1.num.22. de ſponſal.*

Accedit, quod iura adeo fauent libertati Matrimonij, vt li-
16 quidò diſponant, quod quamuis filia nubat, parentibus inuitis, nihilominùs Pater illam dotare tenetur. ita *Fanucc. de lucr. dot. Gloſſ. 10. num. 51.* vt ſcilicèt Virum inueniat arbitratu ſuo, vt tali medio, ſibi alimenta vendicet, Vndè com-
17 mode, & pro ſua honorificentia viuere poſſit, vt Matrimonij ſuſtentari poſſint onera; ex *cap. ſalubriter. de vſur. l. pro oneribus. C. de iur. dot.* Nè demum filia à Viro male tractetur, cum mulieres, quæ Virum ducunt ſinè dote, facillimè hiſce noſtris tēporibus plerumquè deſpici ſoleant. *§. ſi quis itaque. §. ſi quis enim. Auth. quib. mod. nat. effic. legitim. l. qui liberos. ff. de rit. nup. gloſſ. in l. obligatū. in verb. lege. ff. de act. & obligat. Abb. in c. 1. n. 6. de deſponſat. impuber. Alex. in conſ. 139. num. 7. vol. 2. Pariſ. conſ. 29. num. 63. vol. 3.*

Et huic arridet *Plau. in Aulularia.*

„ *Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate Viri eſt:*
„ *Dotatæ mactant & malo, & damno Viros.*

Stringo fortius prædicta, quia, quamuis mulier contraxerit
18 Matrimonium cum modica dote, ſupplementum tamen ipſius petere poterit vſque ad congruam dotē pro qualitate ipſiuſmet mulieris: ita docuerunt *Bald. & Caſtrenſ. in Auth. res quæ. C.*
19 *commun. de legat. Baeza. in tract. de non meliorand. mulier. cap. 5. nu. 6.* nam dos dicitur Patrimonium mulieris. *l. 3. ſed & vtrū. ff. de minor.*

Omitto, quod Pater etiam tenetur dotare filiam, quamuis,
20 eò inuito, ingredi velit Monaſterium. *ex Bald. in l. final. C. de dot. promiſſ. Anchar. conſ. 198. num. 4.*

Omitto quod Dos ſimilitèr aſſignari debeat à Patre filio Sa-
**21 cros ordines ſuſcipienti, ex decreto *Concil. Trident. ſeſſ. 21. c. 2. de reformat. Auendann. reſp. 17. num. 4.* ratio autem affertur, quia ambo ſunt Matrimonia, illud ſcilicet tēporale; hæc autem ſpiritualia, quæ fauorabiliorem requirunt ſuccurſum. *§. ſed hoc*
*præſenti.***

Digitized by Google

præſenti. Auth. de ſanctiſs. Epiſc. Sanchez. de Matrim. diſput. 20. *num.* 7. *lib.* 4. *tom.* 1.

Non obſtat, ſi dixeris iniuriam fieri Parentibus, dum filij con-
22 trahunt Matrimonium, ijs inuitis, hinc, aiunt lethalis culpæ reatui implicatos fore, dum illorum deſpicitur mandatum, & amicitia plerumque diſſoluitur, grauiores exoriuntur diſſenſiones, filijs Parentum conſilio reluctantibus, docente *Apoſtolo Paulo*, *Filij obedite Parentibus veſtris.*

Reſpondetur namque, nullam Parentibus irrogari iniuriam, dum filij contrahunt matrimonium ſine ipſorum conſenſu, quandò iura, & Sacri Canones idipſum filijsfamilias concedunt; ne-
23 mini enim facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo. *l. quod Reipublicæ. l. iniuriarum. ff. de iniur. cum vulgar.*

Indè nullum committitur peccatum mortale, cum, quòd fit,
24 lege permittente, pœnam non mereatur. *l. graccus. ff. ad l. Iul. de Adult.*

Minus obſtat, quod filij, & filiæ, dum ſub cura degunt parentum, de iure naturæ, ac de iure gentium non debent ſibi nuptias quærere, quod proprium Parentum munus videtur, ac propinquorum. *c. aliter. c. qualis.* 30. *q.* 5. *can. honorantur.* 32. *quæſt.* 2. *cum*
25 *ſimil.* quia reſpondetur, quod in ijs iuribus probatur duntaxat, valdè honorificum eſſe parentum exquirere conſilium, ſed non ex eo concluditur per neceſſe, quod hoc ſit ſtrictiſſimum præceptum, adeo vt illud non ſeruantes crimen incurrant mortale, in ijs enim, quæ ad proprij corporis ſubſtentationem ſpectant, atque Prolis reſpiciunt generationem, propagationemque, omnes vtiquè ſunt pares, nec filij Parentibus ſubijciuntur, innuente. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 104. *art.* 5. *in corpore.*

Concludendum itaque, quòd filij non tenentur ſequi Parentum voluntatem in contrahendo Matrimonio, cuius quidem diſpoſitio libera omnino eſſe debet.

Poſito itaque, & firmato reali hoc fundamento, audactèr aſ-
27 ſerendum de iure veriſſimum id, quod ſecundo loco tetigimus, videlicet excommunicationem incurriſſe, quot quot attentarunt nō ſolum impedire, verum etiam exturbare Matrimonium, quæritando peruertere contrahentium voluntates, vim etiam illis, & metum inferendo, vt ex actis dicitur conſtare, prout fuit in Themate propoſitum.

Ad

Digitized by Google

Ad cuius quidem rei corroborationem, omiſſis modò ijs, quæ à Sacris Canonibus traduntur, relatis & collectis tum à Canoniſtis, tum etiam à Theologis, ſatis in medium ſit adducere Decretum Sacri Concilij Tridentini. *ſeſſ. 24. cap. 9. de reform.*
28 in hęc verba videlicet.

» Ità plerumque temporalium Dominorum, ac Magiſtratuum
» mentis oculos terreni affectus, atque cupiditatem excæcant, vt
» Viros, & Mulieres, ſub eorum iuriſdictione degentes, maximè
» diuites & ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pœnis
» adigant, cum ijs Matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi
» Domini, vel magiſtratus ipſi præſcripſerint.
» Quarè, cum maximè nefarium ſit, Matrimonij libertatem
» violare, & ab eis iniuriam naſci, à quibus iura expectantur, præ-
» cipit Sancta Synodus omnibus cuiuſcunque gradus, dignitatis,
» & conditionis exiſtant ſub Anathematis pœna, quam ipſo fa-
» cto incurrant, nè quouis modo directè, vel indirectè ſubditos
» ſuos, vel quoſcunque alios cogant, quominùs liberè matrimo-
» nia contrahant.

Quod quidem Decretum non tantùm intelligitur, de Pote-
29 ſtatibus, & Magiſtratibus ſubditos compellentibus, ad contrahendum Matrimonium pro eorum libito, verum etiam de Parentibus, propinquis, conſanguineis, & generalitèr de omnibus perſonis cuiuſcunque conditionis exiſtant. Siquidem prædicta clauſula neminem excluditur. *l. Iulianus ff. de legat. 2. can. & ſi Romanorum. 19. diſtinct. cap. ſolita. de maiorit. & obed.*
30 Ratio autem affertur ibi nimirū, Ne Matrimonij impediatur libertas. *c. gemma. de ſponſal.* Et nos latiùs diximus in noſtris deciſionibus Aſſiſienſibus. *deciſ. 1. num. 21. part 1.*
Ita mordicùs tenuit *Ludouic. Lop. in 1. part. Inſtructorij cap. 44. § ſi aliquis. Albornoz lib. 4. de art. contract. titul. 1.*
31 Non obſtat, quòd Decretum illud loquatur de iuriſdictionem habentibus, quia ex lectura illius apparet, quòd comprehendit omnes iniuſte Matrimonia impedientes ſiuè per vim, vel metum, aut cuiuſcumque alterius rei, vt ibi (vel quoſcumque alios, quominùs liberè Matrimonia contrahantur. &c.) vt iàm ſupra ſatis probauimus. ita *Nauarr. in Manual. cap. 27. nu. 27. num. 150. verſ. Quinquageſima quarta.* id quod etiam comprobatur ex *cap. 1. eiuſdem ſeſſ. 22.* dum ibi dicitur.

 » San-

„ Sancta Synodus Anathemate damnat eos, qui falsò affir-
„ mant Matrimonia à filijs familias ſine conſenſu Parentum,
„ contracta irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſ-
„ ſe &c.

32 Nam Matrimonia non iure fori, ſed iure poli tractari debent, vbi ſola veritas debet conſiderari, & attendi. *c. tua nos. c. is qui per fidem. de ſponſal. Nauarr. in Manual. cap.* 33. *num.* 41. *Petr. Lazar in Quaeſt. Canon. quaeſt.* 6. *ſect.* 3. *num.* 1. poſt *Speculat. lib.* 4 *de cognat. legal num.* 2. idem *Nauarr.* vbi ſupra, *in cap.* 141. *num.* 17. *ex Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 18. *de regul.*

Tertiò demùm, & vltimo loco non ſolum excommunica-
33 tionis ſunt feriendi gladio huiuſmodi Matrimonia ſic impedientes, verum etiam pœna plectendi ſunt ordinaria à Iudice Ordinario, & ratio eſt, quia excommunicatio ſemper præſupponit delictum, & peccatum, quod ſemper puniri debet, cùm
34 delicta nunquam debeant remanere impunita. *Tex. eſt in cap. eum inhibitio. §. fin. vbi Gloſſ. & Anchar. de clandeſt. deſponſat.* Menoch. *de Arbitr. Iudic. quaeſt. caſu* 453. *num* 2. *Vgolin. de poteſt. Epiſc. cap.* 15 *§.* 11. *num* 6. prout refert, & ſequitur *Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 32. *num* 24.

35 Pœna vera Ordinaria in foro ſeculari eſt pœna vltimi ſupplicij, in foro autem Eccleſiaſtico eſt deportatio in Inſulam, vel ad Triremes, niſi crimen ſit tale, & eius qualitatis, vt delinquens ſit tradendus Curiæ ſeculari vna cum Actis, & proceſſu.

36 Quòd autem hoc ſit delictum, patet, quoniam huiuſmodi impedientes Matrimonia faciunt contra iuſtitiam, & in præiudicium proximi, in quos quidem iura acritèr animaduertunt, vt optimè conſiderauit *Menoch. dicto caſ.* 453. cuius verba pro
37 clariori permiſſorum intelligentia hic referenda cenſui, videlicet.

„ Verum cum ſæpe vſu venire ſoleat, vt Viri nequam, & Im-
„ pij, qui, vt Matrimonia impediant contrahi, talia deferunt
„ impedimenta, dignum fuit, eos pœna coerceri: Quò circa *Inno-*
„ *centius tertius in cap. vlt. de clandeſt. deſponſat.* hos falſos, &
„ calumnioſos denunciatores vltione canonica mulctari voluit.

„ Quæ

„ Quæ autem ſit canonicæ vltionis pœna, non explicauit Inno-
„ centius; Sed Gloſſator ibi, & cum eo Anchar. num. 13. inter-
„ pretatur pœnam Iudici arbitrariam.

Et ita &c.

Thimotheus Timotheius I.V.D.

ARGVMENTVM.

De Teſte falſum deponente. An & quando Teſtis cogatur fateri veritatem, an & quando dicatur falſarius, de illius pœna, tam in foro fori, quàm in foro Poli. Ad quid teneatur Parti læſæ.

SVMMARIVM.

1 *Factum ipſum enarratur.*
2 *Teſtis deponens iudicialitèr contra ſuam atteſtationem extraiudicialem, an careat ſuſpione. ibi vide rationem.*
3 *Periurus an, & quando dicatur, an quando alij teſtes exiſtant contrarium deponentes.*
4 *Iuramentum quando teſtibus rite praſtitum dicatur.*
5 *Teſtis an, & quando pro falſario habeatur.num 10.nu. 17. num. 18. num.20.*
Tortura ad quid teſti inferatur .num.5.
21 *Periurium eſt delictum, quomodo puniatur.num.22 num.23. an ſemper ſit punibile.num.34.*
6 *Tortura an in ciuilibus inferri poſſit.*
7 *Teſtis recuſans dicere veritatem an poſſit torqueri.*
8 *Falſitas an, & quando committatur. num.13 num. 16.*

9 Cui conuenit definitio, eidem definitum. Cui conueniunt verba legis, eidem illius diſpoſitio.
10 Falſitas quid. ſit Quæ requirantur ad eam detegendam. nu. 11. num. 16. num. 28. num. 42.
Veritas virtus pulcherrima. num. 10.
13 Subornatio quando præſumatur.
14 Falſitatis ſuſpicio in ciuilibus pro falſitate habetur.
15 In delictis quid attendatur. Pœna deponentis falſum. num. 19. num. 23. num. 30. num. 32.
20 Prima confeſſio iurata ſecundam excludit.
22 Delicta aliquando puniuntur ex ſola cauſa etiam ſine culpa.
24 Iuramentum aſſertorium grauius eſt promiſſorio.
25 Nemo cogitur ad iurandum falſum.
26 Teſtis falſus eſt infamis. quos offendat. num. 37. num. 42. num. 44.
27 Teſtis deponens veritatem, quam neſcit; an ſit falſus.
29 Mendacium quid ſit.
31 Teſtes contra Beatam Suſannam qui fuerint.
33 Clericus an propter periurium priuandus ſit beneficijs & dignitatibus.
35 Promittens ſub fide nobilitatis, & non adimplens an ſit periurus.
36 Periurus an ſemper peccet mortaliter. & an teneatur reficere damna parti læſa. num. 39. num. 40.
38 Damnum quando non poteſt refici, an debeat fieri recompenſatio.
40 Periurium an ſit grauius delictum homicidio.
43 Iuramentum indiſcretum quid ſit.

Peru-

Digitized by Google

Peruſina falſitatis, & Periurij.
RESPONSVM SEXTVM.

1 N.N.Notarius, in depoſitionibus per ipſum factis ſuper recognitione receputorum à D.Sebaſtiano confectorum manu propria, vtique depoſuit falſitatem, & commiſit periurium. ſecundò tanquam falſarius, & periurus venit plectendus pœnis à iure impoſitis: Demum, & tertio parti læſæ reſarcire tenetur damna, expenſas, & intereſſe.

Quòd autem commiſerit falſitatem, & periurium patet maniſeſtiſſimè. nam primò, medio eius iuramento penes notarium præſtito, perſonaliter conſtitutus, oſtenſa ſibi Apoca refutationis, & receputorum Sebaſtiani, illam recognouit, & eſſe dixit ſcriptam, & ſubſcriptam manu propria D.Sebaſtiani, ex eo, quia illius manum, & ſcripturas notas habuit, ſæpèque illum vidit ſcribere, & cum eodem maximam habuit neceſſitudinem, & cõuerſationem, vt in inſtrumento recognitionis, rogato Ser Ambroſio Tronto Notario Peruſino. *P*oſtmodùm formitèr iterum examinatus vigore litterarum A.C. ad inſtantiam Partis emiſſarum, ſuper Articulis, & interrogatorijs à Partibus productis coram Iudice remiſſioriali, etiam medio illius iuramento, depoſuit, ſe non fuiſſe, nec eſſe practicum ſuper manu, & ſcripturis D.Sebaſtiani, nec cum illo conuerſationem habuiſſe, & proptereà non potuiſſe illas, nec poſſe recognoſcere, quemadmodum vltimo loco non recognouit manum, & ſcripturam refutationis D.Sebaſtiani in receputis ſupra enunciatis.

Primò, quia ſicut teſtis deponens contra illud, quod prius
2 extraiudicialiter depoſuerat, non caret ſuſpicione falſitatis, nam confeſſio extraiudicialis connumeratur inter indicia indubitata, ex *Farinac. conſ. crimin.* 25. *num.* 43. *vol.* 1. ſubdens, quòd ex ea poſſit cõtra Reum deueniri ad torturã, ex *Gandin. de Præſumpt. & indic. num.* 22. Ita etiam à fortiori in caſu præſenti dicendum

eſt,

Digitized by Google

3 eſt, quòd dum dictus N. Notarius primò cum iuramento affirmauit, inde adhuc idem negauit cum iuramento, in altera harum depoſitionum falſitatem commiſerit, & euaſerit periurus ex *Abb.conſ.* 52.*nu.*1.*lib.*1: cui accedit *Corn.conſ.* 170.*verſ. Et detrahitur eius fidei.lib.* *Capell.Toloſ.deciſ.* 376.*num.*1. *referente Rot. apud Recent.deciſ.crimin.* 337.*num.* 6. cum teſtis falſus adhuc conuinci poſſit, prout in puncto, ex eo, quod alij conteſtes deponant contrarium eius, quod ipſe depoſuit, ſecundùm eandem Rot.vbi ſupra *deciſ.crim.*100.*num.*1.

4 Iuramenta verò teſtibus legitimè præſtita cenſentur, quando Notarius aſſerit, quod Teſtes iurarunt in forma, vt tenuit Rot. apud *Recent.deciſ.*27.*num.*4.*part.*2. *deciſ.*34.*num.* 3. *deciſ.* 393. *num.*13.*deciſ.*704.*num.*1.*part.*1.

5 Secundò Teſtis varius, & ſibi contrarius, ſicut nullam facit fidem, ſic etiam pro falſo reputatur.*l. qui falſo.ff.de teſtibus.l. eos ff.de falſ.c.Cum in tua.vbi omnes.de teſtib.*

Sic Teſtis varius torquendus, ad videndum,in quo dicto perſiſtat, ex *Farinac. in tract.de teſtib q.*66.*num.* 98. *& ſeqq. nu.* 114. *& ſeqq.& quæſt.*69.*nu.*63.*& ſeqq.part.* 3. vt ſcilicet ſciatur, quæ depoſitio ſit verior,prima nè,vel ſecunda,quia præſumptio veritatis, reſultans ex conſtantia teſtis in tortura, præualet ſemper depoſitioni in ipſa tortura factæ, docente. *Bart. in l.eos num.*2.*&* 4.vbi etiam *Marſil.num.*8.*verſ Quandoque Teſtis varius.ff. ad leg. Cornel. de falſ.* cum alijs adductis per
6 *Farinac.conſ.crimin.* 44 *num.*4.*vol.*1.quoniam tortura poteſt dari etiam in ciuilibus, quando actio ciuilis habet annexum delictum.*c.*1.*de depoſit.Pariſ.de Put.de Syndic.in verb.Tortura.il* 3.*cap.*7.*num.*12.*& in verb.Tortus cap.*5.*num.*1.*verſ.Quæ limitata.Franc.Caſſon.de torment.cap.*8.*num.*1.*Marſil.in l. diuus. num* 6.*ff. de quæſt.& tort. quæſt.* 7. *per totam, & præcipuè num.* 7. Quinimmò teſtis, contra quem ſola eſt præſumptio, vt ſciat veritatem, ſi illam non fateatur, poteſt torqueri pro illa habenda, ita *Hieron. Federic. reſolut. crimin.* 28. *num.* 1. *& ſeqq.* quia falſitas committitur etiam tacendo veritatem ex *D Thom.* 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 1. *ad tertium,* vbi etiam *Caietan.notat.* Nam *Bald.in l.Præsbyteri.in* 4.*not.C.de Epiſc.& Cleric.docet*,quod etiam occultando veritatem, ne dùm mendacia proferendo committitur falſitas,vt in *Addittion.ad Ang.in ſum.*

8 *in*

Digitized by Google

8 *in verb. Teſtis. §.26. littera C.* & hoc fit ratione boni publici vt ſcilicet teſtis teneatur proferre teſtimonium, & aperiat veritatem, quando nec Tabulis publicis, nec partis confeſſione ſciri poſſit, ad obuiandum fraudibus, & dolis, vt per *Angel. in dicto. §.26.*

9 Tertiò, quia, cui conuenit definitio, eidem conuenire dicitur ipſum definitum. *l. 1. §. dolum ff. de dol. cum ſimil.* Sic paritèr dicendum, quod cui conueniunt verba legis, eidem conuenire debet illius diſpoſitio *l. 4. §. toties ff. de damn. infect.*

10 Sed N. Notario conuenit definitio falſitatis, quæ eſt, quòd falſitas ſit mutatio veritatis. *Auth. de inſtrum. caut. & fid. in princ. l. quid ſit falſ. ff. de falſ. in princ. Gloſ. in c. ſi Chriſtus in verb. Confirmatio de iureiuran. cum congeſt. per Farinac. conſ. 13. num. 8. vbi Addent. in litt. B. vol. 1.* Sic falſus teſtis dicitur is, qui iuratus & examinatus falſum loquitur. *can. ne quis arbitretur. 22. q. 2.* Necnon, qui iuratus dicere veritatem, ſignis, factis, ac verbis contrarium aſſerit, cum hoc repugnet veritati, quæ eſt virtus omnium pulcherrima, & Viri probi digniſſima, cum Vir à Virtute dicatur, ex *Ariſt. lib. 3. & 4. Eth. S. Thom. 2. 2. q. 109. art. 3.*

Nam in prima depoſitione ſuper dicta recognitione & c. medio iuramento affirmat manum eſſe ipſius Sebaſtiani, cuius plenam habeat notitiam; In ſecunda verò cum articulis, & interrogatorijs adhuc medio iuramento illam negat.

Ergò nè dùm falſitas, ſed etiam periurium à dicto N. Notario commiſſum fuit.

11 Quartò ad detegendam falſitatem tria requiruntur: primò ſcilicet, quòd ſit mutatio veritatis: Secundò quòd ſit facta dolosè: Tertiò quòd tendat in præiudicium tertij, iuxta doctrinam omnium ſcribentium, docente *Petro de Anc. conſ. 24.* cui adde *Thom. Gramm. in vot. 31. num. 4.* cum allegatis per ipſos.

Tria hæc concurrunt in puncto; Nam depoſitionum, de quibus agitur, altera eſt affirmatiua, negatiua altera, quarum vna neceſſe eſt, vt ſit vera, vna falſa: Merito in altero harum depoſitionum capite veritas ipſa mutatur, modo affirmando, modo negando: vltra quòd, dicunt Doctores, quòd in tali caſu, primæ depoſitioni ſtandum eſt; cum altera præſumatur facta ad alicu-
12 ius ſubornationem, ſecundùm *Alberic. in dicta l. qui falſa. nu. 6. ff. de teſtib. vbi Bald. num. 7. Gabriel. lib. 7. concluſ. 27. num. 14.*

Secun-

Digitized by Google

Secundò eſt facta doloſè, quia falſitas ſinè dolo numquam com-
13 mittitur, firmat *Farinac.conſ.crim.18.num.6.vol.1.* cum etiam doloſus error in teſte dicatur falſitas, ex mente *Rot. coram Se-*
14 *raphin.deciſ.1310.num.5.* immò ſuſpicio falſitatis in quibus habetur pro falſitate. *Dec conſ.165.num.2. cum relat. à Seraph. deciſ.1259.num.4.* Quod enim non eſt veriſimile, ſpeciem habet falſitatis, iuxtà dictum *Bart an l.1.C.de ſeru.fugitiu. Soccin. Iun.conſ.122.num.20.lib.2.*

15 In delictis autem animus potiùs attenditur, & voluntas, quàm euentus *l Diuus Adrianus.ff ad leg. Cornel.de Sicar. vbi Gloſſ. cum concord. Luc.de Penn.in l.quoties. num 6.C. de exact. Tr, but lib.10. cum adductis per Famian. Centolim ad Farinac.conſ. crim.65.in verb. Euentus.vol.1.* Tù ibi vide, & conſidera, quia multum ad rem noſtram facit. Prǽterquamquod ſecunda depo-
16 ſitio ideò falſa, quia facta eſt, vt veritas celaretur, quæ per alios teſtes fuit pleniſſimè poſtea manifeſtata, inquit *Boer. deciſ. 82. num 8 par.1.*

Tertiò facta eſt in præiudicium tertij, puta Prioris Timotei, cui quidem maxima imminebant damna, niſi iſtius ſcripturæ per alios teſtes detegebatur veritas, vt apparet ex proceſſibus fabricatis, ita *Hieronym. Federic. reſolut.41.num.7.*

17 Quintò Iuramento contraueniés eſt periurus *l.ſicut de Spon-ſal. Imol.in c dilecto de prabend. Boer deciſ.204.num 17.par. 1.* qui dicit, quòd, quamuis contraueniens ſit periurus, actus tamē à Peierante factus contra iuramentum, valet, & tenet, ex *Ioann. Andr. in c. Quod ſemel placuit. de reg.iur.in 6.* vbi habetur caſus illius, qui iurauit non mutare teſtamentum, poſtmodùm ſi illud mutauit, valet, & tenet mutatio, licet mutans inciderit in periurium.

Sed N.Notarius deponendo cum iuramento ſecundo loco, ſe non recognoſcere ſcripturam, & Apocam refutationis D. Sebaſtiani, ex eò, quia notam illius non habet manum & ad hoc non ſeſe practicum præbet, vt in Proceſſu, eſt contra primam depoſitionem factam ab eodem N.Notario coram Notario publico cum iuramento, in qua nimirùm affirmat ſe recognouiſſe, & recognoſcere ſcripturam prædictam D. Sebaſtiani, cum notam illius manum habuerit, & habeat, dum illum multotiès, & ſæpiſſimè pluribus in locis ſcriptitaſſe viderit, vt in Inſtrumento re-

Digitized by Google

cognitionis in actis producto.

Meritò, cum hæc duæ depoſitiones ſint inter ſe contrarię N. Notarius, deponendo falſum ſecunda vice, eſt periurus. id, quod corroboratur per Doctrinam *Bart. in d. l. eos per illum tex. ff. de falſ.* quòd teſtis, qui contra ſuum ſignum falſum dicit teſtimo-
19 nium, pœna falſi punitur, quæ verba ſignificare volunt, quòd ſi teſtis in ſubſcriptione vnius ſcripturæ tenuit vnum etiam extra iudicium, cuius contrarium poſtea depoſuit, incidit in falſum, referente *Boerio in deciſ.* 108. *num.* 5. *part.* 1. ergò multo magis in caſu noſtro, in quo interuenit iuramẽtum in ambabus depoſitionibus *ex reg. Auth. multo magis. C. de Sacroſ. Eccl.*

Addas demum, quod *Abb. dicit in cap. per tuas. de prob.* nimi-
20 rùm, quòd ſi prima confeſſio eſt iurata, ſecunda non valet, quia conuincitur neceſſariò de periurio, ponendo ſe inter duo iuramenta contraria, *de Tex. in l. generaliter. C. de non numer. pecun.* vbi etiam cum iuramento non poteſt quis venire contra ſuam propriam confeſſionem, & tanto magis procedit, quando prima eſt veriſimilior & iurata, & vallata dicto, & depoſitionibus aliorum conteſtium, ex *Petr. Beninten. deciſ. Bonon.* 32. *nu.* 9. *Guid. Pap.* qui caſum ponit in terminis *deciſ.* 593 *per tot.*

Cum itaque ex præmiſſis firmatum ſit, quod N. Notarius de-
21 ponendo falſum inciderit in periurium, quod delictum eſt non vulgare *l. merito ff. pro ſoc. Alciat præſump reg* 3 *præſumpt.* 1. *n.* 1. *Gabr. lib.* 7. *concl.* 2. *n.* 1 *tit. delictum nõ præſumitur.* Et delicta quandoque puniuntur ex ſola cauſa, etiam ſine culpa, vt docuit *Farinac. in praxi. crim. quæſt.* 24 *nu.* 154. *part.* 1. vtique dicendum eſt, quòd tanquam falſarius, & periurius puniri debeat pœnis à iure impoſitis, prout ſecundo loco Thematis propoſuimus, quia teſtis deponens, aut dicens vnum extra iudicium, & aliud poſtea in iudicio iuratus, puniri debet, ſecundum ea, quæ tradit *Hippollit in d. l. eos num.* 20. *verſ. Credo tamen Boer. deciſ.* 108 *num.* 10. *part.* 1.

23 Pœna ergo illius, qui falſum depoſuit, ac peierauit, ſolet enunciari ſemper teſtibus examinandis ſuper interrogatorijs nempè Reſtitutio damnorum, expenſarum, & intereſſe paſſorum, & patiendorum per collitigantes. Item infamia, confiſcatio bonorum, fuſtigatio, triremes, aliquandò etiam mors, & denique æterna damnatio omnibus alijs pœnis atrocior. Ita

G *Clar.*

Clar. in prax. crim. in §. falſum in additionib. num. 259. *num.* 268. *Farinac. de carcer. & carcerat. quæſt.* 33. *num.* 33. cum ibi allegatis.

24 Id, quod eo magis procedit, quia ſumus in iuramento aſſertorio, quod grauius reputatur, quam iuramentum promiſſorium, vt docuit *S. Thom.* 2. 2. *q.* 98. *art.* 3. *ad primum. Ang. ex ſententia Riccard. in ſumm. in verb. Periurium. n.* 7. quando ex ſe, vt in caſu præſenti, ſeſe examini ſubiecit, nemine cogente, vt in 25 proceſſu, quia regula iuris eſt, quòd nullus cogi poteſt ad iurandum falſum. *cap. in ſacris Quod met. cauſ. &c.*

Quòd autem teſtis falſum deponens, & peierans ſit infamis, 26 infamia iuris, & facti, habes *Text. in c. infames rei. diſt.* 1 *in l. Lucius ff. de his, qui notant. infam. vbi Bart. & Bald. in l. ſi quis maior C. de Tranſact. Guid. Pap. deciſ.* 593. *circa medium*, quia falſi crimẽ magis lædit famam hominis, quàm aliud quoduis delictum, inquit, *Farinac. conſ. crim.* 50. *num.* 38. *vol.* 1.

Et adeo improbatur, & odioſa omnibus redditur falſitas, vt 27 teſtis deponens veritatem, quam neſcit, vel creditum eſſe falſum, vel ſolo timore periurij, vt adhuc etiam puniri poſſit pœna temeritatis, ex *Anchar. conſ.* 24. *Felin. c. Fraternitatis. in fin. de hæretic. Iaſ. in l. de pupill. §. ſi quis ipſi Prætori num.* 11. *ff. de nou. oper. nunciat. Hieron. Federic. reſolut. crim.* 59. *num.* 6 *& reſol.* 58. *num.* 9. *Nauarr. in Manual. confeſſar. cap.* 25. *num.* 41. Quæ falſitas, vt iam dixi, ſatis conſtare dicitur, quando aliquo caſu alteri nocere poſſit, idem *Hieron. Federic. reſolut.* 1 *nu.* 14. 28 quæ ſine dolo regulariter nunquam committitur. *reſolut.* 48. *nu* 1. & punitur pœna legis Corneliæ de falſis. prout etiam conuictus de mendacio eadem pœna plecti debet; nam mendacium 29 eſt ſignificatio falſi, vt docuit *S. Auguſt. in lib. de mendac. relat. in can. is autem.* 22 *q.* 2. Ad idem *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 110. idem *Hieron. Federic. reſolut. crim.* 20. *num.* 3 *& ſeqq. reſolut.* 21. *nu.* 1. *& ſeq. reſolut* 24. *num.* 1. *& ſeqq. Tex. in d. l. eos ff. de falſ.* vbi dicitur, quòd teſtis varius, & contrarius condemnari poſſit pęna 30 falſariorum, cum ſemper præſumatur depoſuiſſe falſum. *Alciat. præſumpt.* 3. *in* 2. *reg.* quia falſus in vno, falſus in omnibus. *l. cum indebito. ff. de probat. Farinac. conſ.* 13. *num.* 7. *vol.* 1.

Dicas itaque, quòd falſi pęna in homine libero de iure communi eſt deportatio, cum publicatione bonorum. *l.* 1. *§. fin. vbi*

Bar.

Digitized by Google

Bart. Hippolit. & alij ſſ. ad leg. iul. de falſ. cum congeſt per Boer. deciſ. 82 num. 8. part. 1.

In ſeruo vero, & vili perſona eſt pęna mortis. *Guid. Pap. deciſ. 44 per tot.* allegando caſum in terminis, & potiſsimùm caſum Danielis Prophetę, qui condemnauit duos falſos teſtes ſeniores
31 ad mortem, qui depoſuerant falſum teſtimonium contra Beatam Suſannam, vt in *Daniele cap. 13.* nihilominùs nullam ibi ponit differentiam inter hominem liberum, & ſeruum, cum hodiernis hiſce noſtris temporibus omnes homines ſint liberi, ſecundùm *Henric. Boicb. in c. 1. de falſ. in 2. diſt.* Et apud omnia Tribu-
32 nalia potiſſimùm in Vrbe quotidie falſos teſtes, etiam Notarios fuſtigentur, & pęnæ mortis condemnentur. *Clarus verò in prax. crimin. lib. 5. § periurium.* dicit, quòd Clericus propter periu-
33 rium poteſt priuari dignitatibus, & beneficijs obtentis, allegando quamplurimos Doctores de communi opinione atteſtantes, quibus adde *Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 319. Socc. Iun. conſ. 125 num. 10. & ex in l. 2. C. de reb. cred. & iureiuran.* Et ita tenuit. *Rot. coram Seraphin deciſ. 1285. nu. 6. num. 7.*

34 Et quamuis in nonnullis caſibus Periurium non eſſet punibile in foro fori, in foro tamen Poli Deum ipſum habet vltorem, putà, quando Reus inquiſitus, vel accuſatus, coram Iudice conſtitutus medio iuramento negat veritatem, ſuper qua fuerat interrogatus; Item quando in Iudicio datur Parti ab alia Parte iuramentum deciſiuum, tunc Iudicialitèr periurans non poteſt puniri in foro contentioſo, quia Iudex non iudicat de occultis, ſed Deum dumtaxat habet vltorem, vt de cõmuni teſtatur. *Boer. deciſ. 305. ſub num 4 verſ. Quid dicendum &c.*

Quod declara, & limita, quando ſtatutum, aut conſuetudo aliter ſuaderet, ex *Menoch. in d. caſ. 319.* cui adde *Vulpell. conſ. 161.*

Quoſdam autèm alios conſimiles caſus habes apud *Decian. in tract. criminal. lib. 6. cap. 11. Tom. 2. Bertazzol. conſ. 124. ibi Add. vol. 1.*

35 Hic obiter tange, & firma concluſionem illatiuam ex præmiſſis, quòd Is, qui ſub fide Nobilitatis aliquid promiſſit, & non adimpleuit, efficitur periurus, videlicet cum iurat ſic ALLA FE DA GENTILHVOMO: ſecundùm *Bertrand cõſ. 162. num. 8.*

Digitized by Google

*num.8. & ſeqq.vol.*1.fidei enim præſtatio,& iuramentum æqui-pollent. *cap.ad aures.Quodmet.cauſ.cap. 2. in fin. de fidsiuſſor. Couarr.in part.*1.*Relect §.*2.*num.*2.

36 Tertiò denique, & vltimò, iuxta tertiam inſpectionem, in exordio huius Thematis propoſitam ſtrenuè concludendum quod dictus N.Notarius aſſerens falſum,& tacens verum, affirmans nimirum, & data temporis intercapedine, idem negans duplici iuramento contrario, peierando, non ſolum plectendus ſit in foro fori ex ſupra allegatis, ſed etiam quod mortaaliter peccauit in Proximi notabile damnum.*cap.*1.*de crim.falſ.* & demùm tenetur ad omnia reſarcienda damna in foro conſcientiæ, quæ quidem Pars ex illius falſa depoſitione ſuſtinuit, ita docuit, & mordicus tenuit *D.Thom.*2.2.*quæſt.*70.*art.*4.*Tex.in can.Ne* 37 *quis.* 22. *q.* 2. Etenim Deum, Iudicem, & Proximum offendit. *dicto cap.*1 *de crim. falſ. Nauarr communiter receptus in Manual.cap.*25.*num.*40 *poſt D.Antonin.in ſum.par.*2.*tit.*1.*cap.*19. *§.*7.*Idem Nauarr.vbi ſupra cap.*12.*num.*8.*cum ibi allegat.*

Ergò in hoc communiter Doctores conueniunt, quòd quando in qualibet depoſitione interuenerit iuramentum ſuper aliqua re falſa, quod Proximi tangat intereſſe, quia eſt Periurium, ſemper eſt peccatum mortale, eo, quod teſtis infert Deo grauem iniuriam, ipſum adducendo teſtem mendacij, cum ex iuſtitia tenebatur aperire veritatem, vndè vltra peccatum mortale, adhuc etiam tenetur reficere omnia damna, quæ pars ipſa ob falſam teſtis depoſitionem paſſa fuit, nec poteſt ſaluari, niſi hoc puntualitèr præſtet. ita ex Doctrina *Michael Salon*, *poſt. D. Thom.*2.2 *quæſt.*70.*artic.*4.tenuit, & per firmo concluſit *Corradus noſter Peruſinus ex Dominicana familia in ſuis reſponſis caſuum conſcientiæ*, *reſp.*484.*part.*2.*quæſt.*117. *quæſt.* 118.*per tot part.*1.

Accedit *Syluester in ſum.in verb Teſtis num* 10 qui dicit, *quod ſi Teſtis ex falſa depoſitione, & periurio aliquod Tertia perſona tulerit damnum, ad illud reſarciendum totum omninò teneatur can ſi quis in atrio.*17.*quæſt.*4.*can. Non ſanè.* 14.*q.* 5. Quod ſanè eo magis procedit, quando teſtis prout in puncto, ritè, rectè, & iuris ordine ſeruato, examinatus depoſuit, & medio iuramento non ſolum veritatem celauit, verum etiam, peierando falſitatem commiſit, *Tex.in l generaliter. § illum.ff. de calumn.*

Digitized by Google

*calumn.c.fin de iureiuran.d.c.ſi quis in atrio. Hoſtienſ. in ſum. eod.tit.de iureiur.q.*187.

38 Notandum verò eſt, quod in his,in quibus damnũ reſtitui nõ poteſt in ſe, vel in æquiualenti, ſemper tamen recompenſatio fieri debet, arbitrio boni viri, qui arbitrari debet, vt, vel lædens læſum placare ſtudeat, vel conſiderando damna paſſa per læſum ipſum, eidem ſatisfieri curet, & arbitretur ſecundum qualitatem perſonæ ipſius læſi, & cauſæ. ita *S.Thom.2.2.q. 62. art.2.ad primum.Syluest.in ſum in verb. Reſtitutio.* 3. *num.* 2. Nam æqualiter peccant, æqualiter puniendi, & æqualiter ad reſtitutionem tenentur tam ij, qui Proximi fundunt ſanguinem,

39 quàm qui mentiuntur, & occultant veritatem. *can. quiſquis. can.nemo.il* 3.*can.abijt Iudas* 11.*q.*2. *can.in memoriam.* 19. *di-*

40 *ſtinct* quia non defuerunt,qui dicerent, grauius eſſe Periurium, quàm homicidium, *ex D.Thom in quolibet.* 1.*q.*9.*art.* 2.

Non me fugit id, quod *Angel. not. in ſumm. in verb. Teſtis.*

41 *ſ.*30. quod teſtis falſum deponẽs cum iuramento ſemper mortalitèr peccet, nec poſsit aliqua tergiuerſatione, & circumſtantia excuſari, eademque puniri debet pęna, qua foret is plectendus, in cuius detrimentum, & prçiudicium teſtimoniũ huiuſdi profertur, iuxta ſententiam *Addentium ad d. ſ.* 30. *in littera. C.per Tex in l.*1.*ſ.*1.*ff.ad leg.Corne.de Sicar.*cum ibi allegatis. ſubdendo, quod talis teſtis tenetur ad reſtitutionem totius damni Proximo damnificato *ex Bart. in l.*1.*in princ.ff. de Sicar. Bald.in l.Præsbyteri col.*2.*verſ Extra.C de Epiſ.& Cleric. Aret. in tract Maleficiorum.in verb.De conſenſu, & deliberat. omn. iud. Glòſ ordinaria in princ.* 2. *quæſt.* 3. *allegata à Bald.in d. l.Præsbyteri*

42 Is enim,qui iureiurando falſum dicit, iuramento abutitur, quod ſanè tres habens comites, illas omnes offendit: dicitur „ namque *Hieremia cap.* 4.*Iurabis,Viuit Dominus in veritate,* „ *iudicio, & iuſtitia &c.*

Veritas itaque offenditur, quando occultatur, & negatur; Iudicium verò cum vel ex qualibet minima cauſa etiam leuiſſima, & nullo habito rationis delectu iuratur, quandoquidem ſi iniuria fieret Regi, vel Imperatori, illorum in re minima requirendo teſtimonium; multo magis, & à fortiori indignum foret teſtem Deum inuocare in re nullius momenti, & falſitatis,

ſic

Digitized by Google

ſic in eo caſu ſemper committitur peccatum. Iuſtitia demum læditur, cum in re illicita, ac inhoneſta, & in Proximi detrimẽtum iuratur, quod potiſſimùm conſiſtit in Iuramento Promiſſorio, in quo ſemper eſt peccatum mortale, & reſtitutio omnino fieri debet ex mente Theologorum, de qua, vti de communi atteſtatur vltra alios *Viguerius in ſuis Inſt Theolog. De virtute iuſtitia cap. 5 §. 5. ver. 14.* Quòd ſanè appellatur per Theologos Iu-
43 ramentum indiſcretum, ſemper illicitum, ſemper reprobandum, ſemper deteſtandum: nam Iuramentum eſt actus latriæ, quæ ſoli Deo debetur, & in ipſo cõſiſtit proteſtatio omnis ſciẽtię Dei, & illius infallibilis virtutis: quamobrem ſi hoc fiat inconſideratè, & ſine ſufficienti cauſa, ſemper crimen committitur lethale; & reſtitutioni illud committens obnoxius efficitur. ita vltra Theologos, tenent Canoniſtæ *in cap 1. de delict. puer in cap. paruuli. 22. q 5. in can merito 15. q 5 Viguer. vbi ſupra Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. Alleg. 51. caſ. 2. per tot.*

Præterquamquod teſtis ſciens veritatem alicuius rei, quæ nec
44 per alios teſtes, nec per confeſſionem Partis, nec per inſtrumenta publica probari poteſt, ſi vel neget illam, vel falſa promat, facit iniuriam Deo, offendit Iuſtitiam, ac lædit Proximum, ſic mortaliter peccat, ad reſtitutionem tenetur, parti læſæ ſatisfaciendo, ita *Viguer. vbi ſupra in ver. 7. de peccatis teſtium.* nam qui cauſam damni dat, damnum ipſum dediſſe videtur. *c ſi de iniur. l. qui accidit ff. ad leg Aquil.*

Quare &c.

Thimotheus Timotheius I. V. D

A R

ARGVMENTVM.

18 ceſſa, tunc in dubio ſeruanda eſt conſuetudo, quoniam inter partes in dubio cenſetur actum, quod conſuetum eſt. *l. quod ſi nolit.§.qui aſſidua.ff.de edilit.edict.l.ſi prius.§.rectè placuit ff.de aqua pluu.arcend.* Quod ſi non apparet de conſuetudine præſumitur contractus innominatus. *l. 2. ff. de præſcript. verb. videas latiùs.Angel.de Perigl.in d.tract. de ſocietat.tom.8. tractatuum.* In eadem materia videndus eſt *Farinac.conſ.crimin. 54. per tot.vol.1.* vbi in fine duas refert Rotæ Rom. deciſiones coram Orano. Nam ex conſuetudine debet iudicari contractus licitus. *l.ſi quis fugitiuus.§.item apud Labeonem.vbi Bart.ff. de edilit. edict l.quid ergo.§.1.verſ.cum vſuris.ff.de contrar.& vtil.actio. Tutel.Oldrad. conſ. 207. Calder.conſ. 4. tit. de vſur. Capoll. de ſimulat.contract.num.4.nu.47.Barth.Socc.conſ.87.nu.21.lib. 2. Dec.in l.2.num.17.C.de eden.*

Timotheus Timotheius Vic.Gen.Aſſisij.

Digitized by Google

EX PARTE PRIMA DECISIONVM ASSISIEN.

Eiuſdem Authoris, Deciſio Quadrageſimaſexta.

ARGVMENTVM.

An, & quando, finita ſocietate, fructus debeatur, num ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis; & quæ præſtanda ſunt per Creditorem, vt lucrum poſsit petere, vbi referuntur requiſita, quę tradit *Paul. Caſtr. in.l. 3. §. fin. ff. de eo*, quod certo loco, quem ſequitur Rota Rom. Inſuper enunciantur diligentiæ, quæ fieri debent per eum, qui lucrum petit, in quo conſiſtant; An, & quomodò huiuſmodi damna, & intereſſe probabari debeant, numquid per aſſertionem creditoris, vel per ſcripturam, ſeù inſtrumentum, aut per teſtes. Adhùc etiam An, & quando, & à quo taxari debeant damna, & intereſſe, nec non traditur formula interpellationis ipſius Creditoris

ris contrà debitorem ad conſtituendum eum in mora demùm refertur Deciſio Rotæ coram R. P. D. Merlino, in qua Magiſtraliter, ac perbelle diſcutitur, An Societas officii ſit diuidua, vel indiuidua. Vbi circa hăc materiam pulcherrimas quidem habes concluſiones deciſas, quæ tam in foro contentioſo, quàm in foro Poli, & conſcientiæ etiam valdè conducunt.

SVMMARIVM.

1 *Thema ipſius Deciſionis in facto conſiſtens.*
2 *Promittens ſe ſoluturum intereſſe, intelligitur de vero, & non de immaginario intereſſe.*
3 *Neſciens officium alienatum, vel alteri ceſſum an excuſari poſſit, ſi fructus percipiat ſocietatis.*
4 *Ignorantia facti ſemper præſumitur.*
5 *Creditor an per moram debitoris debeat ſuſtinere damna.*
6 *Sciens officium alienatum, et petens fructus ſocietatis, committit vſuram, & ad quid teneatur.*
7 *Finita ſocietate, numquid fructus debeantur, & quare. num. 9. num. 11. num. 14.*
8 *Pecunia, finita ſocietate, tranſit in ſimplex mutuum. num. 22.*
10 *Taxatio fructuum ab initio facta ſapit vſuram.*
12 *Quidquid accedit ſorti mutuatæ vſura eſt. num. 18.*
13 *Lucra, & damna debent æqualiter commenſurari.*
15 *Ceſſante damno, ceſſat illius æſtimatio.*
16 *Deficiente ſubrogato, deficit ſubrogatum.*
17 *Non entium nulla ſunt partes.*
18 *Pactum, quòd, ſoluta ſocietate, ſingulis menſibus ſoluantur fructus ad rationem duodecim pro centenario eſt illicitum.*
20 *Pactum eſt quod non ſubiacet lucro, & damno, illicitum.*

21 Cre-

21 Creditor an, & quando poſſit fructus petere poſt ſocietatem diſdictam. num. 23. num. 26.
23 Promiſſor obligatur, quando debitor eſt in mora.
24 Intereſſe non debetur. niſi interpellatio inſit.
25 Interpellatio quæ requiratur pro conſtituẽdo debitore in mora.
27 Diligentiæ, & iuris remedia quæ ſint ad exigenda debita. n. 39.
28 Diligentiæ debent ad exitum perduci, vt intereſſe peti poſſit.
29 Debitor carceratus, ſi relaxetur à Creditore, an ceſſent diligentiæ, vt intereſſe peti poſſit.
30 Damna, & intereſſe debent per teſtes probari. num. 34.
31 Aſſertio Creditoris non ſufficit. Et quarè.
32 Scriptura paritèr non ſatis eſt, ſicut neq; Inſtrumentum. n. 33.
33 Inſtrumentum publicum eſt probatio probata, & veritas manifeſta.
34 Taxatio fructuum debet fieri à Iudice.
35 Intereſſe debet eſſe verum, non imaginarium, & falſum.
Petens lucrum quid probare debeat. ibidem.
36 Rota Rom. diuerſimodè proceſſit circa taxationem fructuum poſt diſdictam ſocietatem.
37 Ex Notariorum erroribus plerunque lites oriuntur.
38 Formula interpellationis pro conſtituendo debitore in mora.
40 Societas officij an diuidi poſſit. num. 41. num. 45. num. 49.
41 An per receptionem partis ſortis principalis ſocietas ſit in totum diſſoluta.
42 An ſatis ſit tacitus conſenſus. num. 45.
43 Societas cõtracta ſuper duobus officijs, an, altero alienato, duret.
44 An idem, ſi contracta ſit ſuper vnico officio, ſi pars officij fuerit alienata.
46 Societas, an, perempta parte capitalis, adhùc duret ſuper reſiduo.
47 Fides Notariorum an, & quando probet.
48 Conſuetudo an, & quando faciat probationem.
50 Conſenſus officialis an ſit neceſſarius, tàm in creatione ſocietatis, quàm in diſſolutione illius.
52 Mandatum Procuratoris debet produci antequam producantur Articuli, & poſitiones.

Peru-

Digitized by Google

Peruſina Societatis Officij.
Votum pro Domino Ceſare N.

RESPONSVM DECIMVM.

Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo
D. HORATIO DE MONALDIS
Archipræsbitero, & Vicario Generali
Eccleſiæ Peruſinæ.

MONSTRI ſimile! ſitiunt meherclè fontes? Mare modò aquas expetit. Qui poſſum ego, iurium haud pollens peritia? riuulo neutiquam extinguitur ſitis. Quoniam verò Puteoli preoptas exhaurire aquas mei, quamuis ſalſedinem ſapiant, ac amariciem, libentiſſime tamen; cum ità libeat, ambabus manibus, tibi, tanquàm Regi Arthaxerſi dulciſsimas iuris aquas offero, vt debitum benigno perſoluam Creditori meo, Accipe igitur, quicquid ſit, quod à tuo manat imperio, & tandiù illud reuolue, quo ſalſedine, atque amaricie abſumpta, humanitatis tuæ vnda dulciore perfruamur.

SIT

1 SIT igitur Thema ad me, pro reſpondendo in iure traſmiſſum, quòd Creditor in ſocietate officij conſtitutus, fecit diſdictã & ſtetit per aliquot menſes, qui non potuit cõſequi ſortem principalem, nec minùs illius fructus: Brachium demùm ſeculare obtinuit, vt dicitur, & mandatũ executiuum ab A.C. pro ſorte principali, & ſimilitèr pro fructibus contrà debitorem, qui poſtmodùm obtulit ſolutionem, & ſortem depoſuit principalem vna cum fructibus decurſis, & non ſolutis vſq; ad diſdictam, & vſq; ad alios quindecim dies. Creditor interim vlteriùs prætendens alios etiam fructus hactenus decurſos, non tamen ratione fructuum, ſed ratione intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis propter moram debiti non ſoluti, petit debitorem condemnari etiam ad ſoluendos fructus poſt factam ſocietatis diſdictam, vſque ad actualem, & effectualem ſolutionem pecuniarum prætenſarum.

Circà quam reſolutionem pro veritate reſpondendo, duo opinor eſſe caſus conſiderandos, ex quibus tota hęc materia pendere videtur. Primus eſt, quòd ſimus in caſu, in quo verè, & realiter poſſimus intereſſe conſequi. Secundus verò, quòd,
2 & qualiter huiuſmodi intereſſe probari debeat. Qui enim promittit ſe ſoluturum intereſſe, verum cenſetur, & non immaginarium intereſſe promittere, ex *Dec. conſ. 469. num. 11. & conſ. 539. num.* 10.

Redeundo itaque ad primum propoſitum caſum, duas conſiderandas fore arbitrarer inſpectiones, quarum prima eſt, quan-
3 do ſcilicet is, qui dedit pecunias, fuit in bona fide, puta, quia neſciret, officium ſocietatis fuiſſe alienatum, vel alteri ceſſum, tunc vtique à iuſta ignorantia defendi, & excuſari poteſt, & tutus eſſet in perceptione fructuum: *l. verius. ff. de præſumpt.* pręſu-
4 ſumitur enim hoc ignoraſſe. *c. præſumitur. de reg. iur. in 6. Rolan. conſ.* 36. qui aſſerit, quòd in huiuſmodi caſu fructus licitè exiguntur, & exacti poſt alienationem officij iuſte retineri poſſunt, nec in ſortem computari, & conuerti debent, vt tradit *Syluest. in ſum. in verb. Vſura. 2. quæſt. 5. nu. 6. Tex. in l. ſed & ſocius. §. ſi*
5 *abſenti ff. pro ſoc.* Rationem adducendo, quia incongruum videretur, vt ille, qui pecuniam poſuit in ſocietatem, indebitè quidem ob moram debitoris diſpendium maximum patiatur, & damnum: poſſet namque contingere, vt debitor in ſui vtilita-

tem

tem protraheret in longum ſolutionem in præiudicium ſui creditoris, vt habemus ex *Alex.conſ.60.lib.7.*

6 Si verò is, qui pecunias poſuit, optimè noſſet, officium fuiſſe alienatum, & in alterum tranſlatum, ac ceſſum, non eſt tutus in conſcientia, cum eo caſu fructus nequaquam potuerit exigere, quos quidem ſi exegit, iure optime tenetur reſtituere, vel in ſortem principalem compenſare, quia aliter vſuræ crimini obnoxius eſſet, ſecundum *Armill.in verb.Vſura.num.*10.

7 Secunda inſpectio eſſet conſideranda, quando videlicet ſocietas ipſa extincta, ac finita fuiſſet per diſdictam. In qua quidem inſpectione, quamuis regula iuris ſit, Quòd, finita ſocietate, fructus nullo modo debeantur, licèt prætendi poſſent loco damnorum, & intereſſe, quia capitale non amplius ſubiacet Riſico, & periculo vitæ, adeout quicquid accipiatur, vſuræ ſubiaceat vitio, & tàm in foro fori, quam in foro Poli huiuſmodi fructus petens, ac recipiens plecti poſſet, docente *Decio conſ.*116.*num.* 1. *verſ.retenta iſta concluſione.nu.* 2. *verſ. circa ſecundum dubium & conſ.*123.*Natt.conſ.*498.*num.*14.*lib.*3. quia ſocius eo caſu promittit ſoluere capitale; quo fit, vt huiuſmodi ſic reſoluto contractu, tranſeat in ſimplex mutuum, quod gratis debet eſſe, iuxta illud Apoſtoli, Mutuum dantes, nihil indè ſperantes, ſecundum *Rom.conſ.*520.*num.*1.*nu.*4. *Bald.conſ.*116.*nu.*1.*lib.* 1. Et tenuit Rot.coram Lancell.28.Aprilis 1570.in Romana ſocietatis, in hæc verba.

„ Circumſcripta conſuetudine, & cœteris alijs, fuit concluſum
9 „ pactum eſſe illicitū de iure, quia, finita ſocietate, ceſſat periculū
„ vitæ, & amiſſionis capitalis, & remanet purum mutuum, & illa
„ taxatio facta ab initio eſt quædam confeſſio futuri intereſſe,
„ quæ videtur facta in fraudem vſurarum, niſi aliundè probe-
„ tur, per Doctrinam Baldi *in l. rogaſti.* §. *ſi tibi, col.* 2. *verſ quid*
„ *ergo ſi cert.petat.* cum alijs, de quibus latè per *Couarr. lib.* 3.
„ *variar.reſolut. cap.*4.*num.*5.*Aym.conſ.*189.*num.*8.*Sot. de iuſt.*
„ *& iur.lib.*6.*q.*6.*num.*2.*circa fin.*

Alia coràm R.P.D. Sarmiento in eadem cauſa.

„ Præſuppoſito, quod per obitum Lazzari fuerit finita ſocietas,

„ qui deceſſit de anno 1552. & non cõſtet, quòd Barzinus fuerit in-
„ terpellatus antè mortem litem de anno 1560. an nihilominus te-
„ neatur ad ſolutionem fructuum loco damnorum, & intereſſe,
11 „ iuxtà formã inſtrumẽti, ſocietatis taxatorum, cuius copia da-
„ tur, hac die Lunæ 13. Nouembris. 1564. fuit dictum, quòd ſi Bar-
„ zinus non habuit ſcientiam, non tenetur: ideò videatur, ſciẽtia
„ præſupponatur, vel excludatur. Nam ſi Barzinus ſciuit mortem,
„ intrat iuramentum obligationis in forma Cameræ.

12 Quandoquidem quidquid ſorti mutuatæ accedit, vſuræ infi-
citur labe, *ad l. rogaſti §. ſi tibi ff. ſi cert. pet. c. conſuluit. de vſur.*
13 *c. ſi fœnerauerit. 14. quæſt. 3.* nam lucra, & damna debent eſſe
æqualitèr communia in ſocietate; nec valet pactum contrarium
æqualitati *Rot. coram Greg. deciſ. 502. n. 5. 6. 7.* quamuis ſocietas
fuerit finita, & diſſoluta, ſecundùm *Surd. conſ. 20. num. 16 lib. 1.*
Ruyn. conſ. 77. ſub num. 5. lib. 4. Tex. in l. verum in l. ſi non fuerit
§. 1. ff pro ſoc. §. 1. Inſt. eod. tit. latè Corn. conſ. 310. in prin. lib. 4.

14 Siquidem Doctores tàm legum, quàm Canonum, ac Theolo-
gi omnium conſenſu aſſerunt, quod pactum appoſitum in inſtru-
mento ſocietatis, nimirum, quod, finita ſocietate, eaque ex-
tincta, fructus debeantur ad rationem decem, vel duodecim pro
centenario, loco damnorum, & intereſſe, eſt illicitum, ac om-
nium votis reprobatur, cùm adhùc non cõſtet de aliquo damno,
& intereſſe, ità *Soc. conſ. 253. nu. 12. verſ. igitur non teneatur*
vſq; ad finem numeri. vol 2. Societas enim, vt diximus, non am-
15 plius ſubiacet vitæ riſico, aut periculo: Vnde, ceſſante damno,
ceſſat illius æſtimatio, vt docuit *Laur. Rudulf. de vſu. §. nunc*
venio ad ſecundum num. 14. Et vbi non eſt ſubiectum intereſſe,
16 nulla poteſt eius ineſſe determinatio. *c. cum in Vrbe. de celebr.*
miſſ. deficiente namque ſubrogante, deficiat paritèr, & ipſum
ſubrogatum neceſſe eſt. *l. 1. §. hac actione. vbi Bart. ff. ſi quis*
teſtam. lib. eſſ. iuſſ. iterum quia ſuccedit regula, quòd nõ entium nul-
17 læ ſint partes. *l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet.* ita tenuit *Bal.*
in l cunctos populos num. 4. verſ. item puniatur C. de Sum. Trin.
& fid. cat. Lanfranc deciſ. 353. Dec. conſ. 119. per tot. Sot. de iuſt.
et iur. lib. 6. art. 2. in fin. Cyn. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod int.
prof. vbi Bart. num. 10 Albert. in l. 1. C. de ſum. Trinit. &c. & eſt
communis opinio, de qua per *Fab. Arcamb.* olim Rotæ decanũ
in quodam ſuo Voto, relato *à Farinac. in conſ. 15 nu. 84. lib. 1.*

18 Pro-

Digitized by Google

18 Propterea videmus etiam reprobatum in iure aliud pactum huic ſimile, quod ſoluta ſocietate, ſingulis menſibus ſoluantur fructus ad rationem duodecim pro centenario; quod quidem
19 pactum abſolutè ſapit naturam vſuræ, vt tenuit idem *Sot. vbi ſupra.* Et ratio eſt, quia, vbi quidpiam promittitur, & accipitur vltrà ſortem principalem per dinumerationem annorum, & menſium, ſic generaliter interdicitur, cum mera vſura ſit, ſecundùm *Bart. in l. cum ſtipulati ſumus. in fin. ff. de verb. oblig. Bald. in l. cum allegas. num* 13. *verſ. decimo pono. & num.* 15. *in fin. C. de vſur. Anchar. conſ.* 150. *num.* 6.
20 Quamuis, inquam, generaliter poſſit in propoſito conſtitui regula generalis, quòd pactum, vt ſupra fuit firmatum, vbi non ſubiacet lucro, & damno, ſit illicitum, & vſurarium, ex notatis per Doctores *in c. nauiganti, & in cap. in ciuitate. de vſur. Bal. in l. ſi ea pactio. ff. eod. tit. de vſur. §. aliquo. verſ. dicimus, quod de his. Iaſ. in l. ſi pater puellæ. in fin. C. de inoffic. teſt. Dec. conſ.* 123. cũ relatis *per Hippol. in Rubr. C. de probat. nu.* 4. 9. Attamẽ,
21 ſecluſo, & circũſcripto huiumodi pacto, quòd fortè nec hodiè ſolet in inſtrumentis per practicos Notarios apponi, ſi per Creditorem poſt diſdictam ſocietatem fiant diligentiæ, dicerem profectò, fructus licitè poſſe dari, loco intereſſe legalis, ſcilicet quinque, aut ſex pro quolibet centenario, vel alias, prout infrà videbimus, quemadmodum ſolent reddere pecuniæ, quæ ſtant abſque vitæ periculo, vt ſunt huiuſmodi ſocietates poſt factam illorum diſdictam; ſecus autẽ erit, ſi non fiant debitæ diligentiæ, quia tunc nihil debetur, cum, vt iam dictum eſt, hoc trãſierit
22 in ſimplex mutuum, vt ex voto Accoramboni deſuper citato.
23 Creditor enim debet ſocium debitorem conſtituere in mora, adhoc, vt teneatur ſoluere damna, & intereſſe *l. ſocium. in princ. ff. pro ſoc.* quia quando aliquid promittitur, in euentum non ſo-
24 lutionis, promiſſum intelligitur, ſi debitor nimirum fuerit in mora conſtitutus *l. ſi duo. § fin. vbi Bart. ff. de conſtit pec. d. l. ſocium.* ibi, Non quaſi vſuras. *Dec. conſ.* 119. *num.* 3. *in fin. Ruyn. conſ.* 74. *num.* 4. *verſ. Non obſtat. vol.* 5. nec intereſſe debetur, ſi debitor non fuerit interpellatus. *Bart. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. in l. ita ſtipulatus. num.* 54. *in fin. ff. de verb. oblig. Ruyn. conſ.* 55. *nu.* 4. *in fin. nu.* 11. *& ſeq. conſ.* 59. *nu.* 4. *& ſeq nu.* 11. *vol.* 2. *conſ.* 33. *num.* 7. *vol.* 3. *Crauett. conſ.* 89. *num.* 4. *vol.* 1. *Aret. conſ.* 72. *col. fin.*

Digitized by Google

verſ. Ad octauum. Quæ quidem interpellatio ad conſtituendum
25 debitorem in mora, quamuis extraiudicialis ſufficiat, vt dicũt Doctores *in l. vinum ff. ſi cert. petat.* nihilominus puto, iudicialem fore omninò neceſſariam, vt omnis tollatur dubietas, & dies appareat certa interpellationis, cum euentus conditionis debitorem in mora abſque interpellatione iudiciali non conſtituat, vt per *Iaſ. in d. l. ex cauſa, nu.* 11. *Dec. conſ.* 2. *Socc. conſ.* 180.
26 *col.* 4. *verſ. Secundò quia. vol.* 2. adhibẽdo inſuper remedia neceſſaria, & opportuna, vt dici poſſit, Creditorem omnes feciſſe contra ſuum debitorem diligentias, *ex Ang. conſ.* 132. *num.* 4.
27 Diligentiæ, verò, & remedia opportuna ſunt videlicet, Citatio, Relaxatio mandati, & illius executio realis, vel perſonalis, donec, & quouſque Creditor à debitore de ſuo Credito fuerit ſatisfactus; ſic docet *Soc. conſ.* 273. *num.* 3. *num.* 6. *lib.* 2.
28 Accedit, quòd nec ſatis eſt, incepiſſe, niſi diligentiæ fuerint ad exitum perductæ, & ſuum fuerint ſortitę finem, & effectum, cum factum minimè quid dicatur, quando aliquid faciendum ſupereſt. *l. pen. ff. ad Syllan.* & illud dicitur perfectum, cui nil addi poteſt. *Socc. in l. poſſidere. §. ex pluribus. num.* 17. *ff. de acquir. poſſ.* in puncto autem diligentias factas perfectè, verè, & realitèr dicimus, quia vſquè ad executionem fuit deuentum iuxtà Doctrinam *Bart. in l. metum. §. quod Prætor. n.* 1. *ff. de eo, quod met. cauſ.*
29 Inſuper etiam idem ſe habet, quandò debitor fuit à Creditore carceratus, nec inde relaxari permiſſus, donec ſatisfecerit. Et Rota cenſuit, quòd Creditor eo caſu poſſet iuſtè petere, & licitè recipere aliquod honeſtum lucrum, prout fuerit iudicatum, & ità coram R.P.D. Accorambono, concluſit Rot. de anno. 1555. In ſimili facit Rot. coram Greg. *deciſ.* 156. *num.* 7. *vbi Beltramin. in addition. latiſsimè exornat.*
30 Secundò principalitèr conſiderandum eſt, iuxtà propoſitum Thema, quòd nõ ſatis eſt, Creditorem poſſe lucrum aliquod ſic in genere probatum, conſequi, ſed neceſſe eſt, quòd intereſſe, & damna probentur aſcendere ad prætenſam taxationem, nec illa leuis quidem debet eſſe probatio, ſed concludens, & neceſſaria, vt per *Dec. conſ.* 322. *Couarr. lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 1. *num.* 8. *Rebuff. in l. vnic. nu.* 270. *verſ. Amplia. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. profer.*
31 Probatio autem non poteſt contingere, nec afficit per aſſertionem

Digitized by Google

tionem Creditoris, *ex Cyn. in l. ſi quis in cōſcribēdo, C. de Epiſ. & cleric. Bald. in l. 1. col. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter, profer. Specul. in tit de probat. §. videndum. verſ. Quid ſi.* Et hoc, nè dans pecuniam inuitaretur ad delinquendum, prout inuitari poſſet, ſi eius dicto ſtari deberet, quia à voluntate propria, & proprio intereſſe, vt dicitur, facillimè deciperetur in eius animæ perniciem, & aliorum damnum, ac detrimentum, vt aiunt præcitati Doctores.

32 Non per priuatam ſcripturam, quia pactum, quod ſtetur ſcripturæ priuatæ, non valet, ne occaſio præbeatur delinquendi. *arg. l. conuenire. vbi Doctores ff. de pact. Socc. in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig. Rom. conſ.* 204.

33 Non deniquè per inſtrumentum, ſecundùm *Dec. conſ.* 111 *col.* 2. *verſ. Tertiò non obſtat. & conſ.* 126. *& in cap. Venerabilis. nu.* 14. *circa fin.* ibi. Et hoc intelligitur. *de except. Alexan. conſ.* 27. *num.* 11. *lib.* 4. *Cagnol. in l. curabit. col.* 6. *C. de act. empt.* quamuis in cœteris caſibus publicum inſtrumentum ſit probatio probata, & apparens veritas, ac manifeſta, vt nulla extrinſeca indigeat coadiuuatione, & adminiculis. *Bal. in l. quoties in fin. C. de iudic. Rota coram Gregor. deciſ.* 180. *num.* 1. *& deciſ.* 195. *num.* 1.

34 Sed ſolūmodò huiuſmodi damna, & intereſſe debent legitimè probari per teſtes corā Iudice, ad quem ſpectat illorū liquidatio, & taxatio, ſi enim aliter fieret, proculdubiò vſura eſſet, ſecundùm *Bald. in dicta l. rogaſti. §. ſi tibi. col.* 2. *verſ. Quid ergo, ſi mutuo. ff. ſi cert. pet.* cum alijs, quos refert, & ſequitur *Farinac. conſ.* 15. *num.* 10. *lib.* 1. *idem Bald. in l. cunctos populos. col.* 4. *verſ. Deinde porrò. C. de Summ. Trinit. &c.* cum cœteris add uctis *per Natt. conſ.* 490. *per tot. lib.* 3. Quod quidem intereſſe debet

35 eſſe verum, & reale, non immaginarium, non ficititium, non falſum, cum intereſſe, nondum ortum, taxari non dabeat, nèc poſſit, *ex Ancharan. conſ.* 150. *num.* 6. itaut petens lucrum, non ſnfficit, quòd probet, ſe retinere pecunias in continuo curſu, & motu cambiorum, ſeù ſocietatum officiorum, aut cenſuum, vt per *Mohedan. deciſ.* 208. *tit. de vſur.* ſed neceſſe eſt, vt Creditor ſit perſona ſolita negociari, & talem ſe probet, qualem ſe facit, oſtendendo, ſe habere alia requiſita, de quibus multa tradit *Paul. de Caſtr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.* cui adſtipulantur

pulantur

Digitized by Google

pulantur *Innocen.in cap ſacro.num.*10.*de ſent.& excom. Rolan. conſ.*35.*num.*11.*& ſeq lib.* 1. id quod ſemper ſecuta fuit Rota. Et de ſtylo ità ſeruari mandauit, referente Accorambono in 4. ſuo Voto *apud Farinac.conſ.*15.*num* 88 & apud *Seraphin.deciſ.* 721.*num.*1.*& deciſ.*1475.*nu.*2.*Put.deciſ.*289. incipiens in vna Bononienſi. *lib.* 2. *deciſ.* 259. *lib.*1 *Ubijan. deciſ.* 79. *Mohedan. deciſ.*182.103.225.*Afflict deciſ.*20.Ex Theologis autem ſatis fit *S.Thom.*à quo alij dependent ferè omnes, 2.2: *quaſt.*78.*art.* 2. *ad primum.& quaſt.*62.*art.* Et in ſumma conſtare debet de lucro ceſſante, damno emergente, & quod Creditor ſit mercator, vel ſolitus mercari, & negociari cum pecuniis; inſuper etiam, quòd aderant tempore faciendæ ſolutionis merces, quas cum dictis pecunijs emiſſet, & quod plus eſt, ſi pecuniam prædictam habuiſſet,certitudinalitèr fuiſſet lucratus, ex quo multa in contrarium accidere poſſunt, & impedire lucrum. *Mohedan. deciſ.*208.*num.*1.*cum deciſ.ſeq.de vſur.ſequendo Caſtrenſ.in d.l.* 3. *§.fin.ff. de eo, quod cert. loc. Rot. coram Caualler. deciſ.* 380. *num.*2,

36 Quibus ſic probatis, & præcognitis, ſciendum eſt, quod Rota diuerſimodè hac in parte procedere ſolet, itaut taxatio iſta per Iudicem facienda ſit correſpectiua ad fructus, & ſic approbabauit, & conceſsit taxationem licitam, ſequendo opinionem *Decij in c.Venerabilis.num.*14.*de except.* cum cœteris relatis à *Caſtracan. de ſocietat.offic.cap.*49.*num.*4.

Vndè Domini Rotales aliquandò approbauerunt taxationem vſque ad quinque pro quolibet centenario, vt fuit tentum in vna Tiburtina.19.Martij 1574. coram Scotto. Interdùm verò illam prorogarunt ad ſex pro centenario, ſequendo opinionem *Plot.in l ſi quando ff.de iureiuran.* recepta diſtinctione *Bayn in conſ.* 77.*nu.* 3.*lib.*1.

Plerumque admiſerunt, taxationem prædictam debere extendi vſque ad ſeptem cum dimidio pro centenario, iuxta deciſio. Rotæ coram Gropperio in Romana vſurarum, & coram *Seraph. deciſ.* vide *Saluſt.Tiber.in prax.lib.*1.*cap.*23.

Tandem in Curia A.C.& aliorum Iudicum fuit reſolutum poſt diligentias iam ſupra enarratas, Creditorem poſſe petere poſt diſſictam ſocietatem ad rationem ſeptem pro centenario quolibet,iuxta ſtylum Curię,vt per *Caſtracan.vbi ſupra in fin.*quem

ſtylum

Digitized by Google

ſtylum ſecuntur etiam hic Peruſiæ Curiales, vbi in hac materia ſtrictè proceditur. Practica autem conficiendi intimationem habebis apud multos auctores de ea ſequentibus, ſecundùm quam ad effugiendas lites, & controuerſias, optimum eſſet pro-
37 cedere, quia etiam in foro Conſcientiæ ſuffragari poteſt. Ideo Notarij cauti eſſe debent, quia plerunque ex eorum dictis, & inſtrumentis non rite exaratis lites oriuntur immortales in
38 maximum Proximi, & contrahentium detrimentum, & animarum, ſalutem immemores proprij officij, quia non oportet ſapere pluſquam ſapere, ſed in omnem euentum conſulant peritiores, & magiſtros.

39 Mox poterit Actor proſequi iudicium vſque ad mandati relaxationem, illiuſq; executionem, vt ſupra dictũ fuit, vt licitè poſſit petere interuſuria lucri ceſſantis, & damni emergentis, videas *Saluſt Tiber in ſua prax.lib.*1.*cap* 16.

Ex quoniam plerumque oriri ſolet dubitatio, An ſocietas poſſit diuidi nec ne, adeout ſi pars pecuniæ impoſita reſtituatur, currant fructus circa reliquam ſocietatis partem, quæ remanet penes debitorem, ideo operepretium fore duxi in fine huius diſcurſus, & voti apponere *D*eciſionem Rotæ coram R. P. *D.* meo Merlino, vbi dubitatio huiuſmodi optimè, & magiſtraliter reſoluitur. Non itaque alio vagari libet, quia vbi Rotales Viri manus appoſuerunt, piaculi genus eſſe exiſtimo, velle quidpiam addere; neque enim prudẽtis Viri eſt, debitum non deferre honorem Primarijs Viris, quibus ſummus Pontifex Vniuerſi Orbis cauſas credidit cognoſcendas, nam doctrina, integritate, prudentia, cœteriſque virtutibus eos pollere, quam maximè, vtiq; eſt credendum, adeout quieſcendum, litiumque terminum præfigendum Immortalitati; ſi quis ceruicosè reſpuiſſet, vbi Rota iubet quieſcere, iure merito vapulabit multis, quia numquam præſumendum, in Sacro Pontificio Auditorio à tot ſapientiſſimis Viris errorem vllum committi poſſe: ſequens itaque perlèctitetur deciſio, & ſubtili ingenij acumine inſpiciatur, accurateque conſideretur, quia & in foro Poli, & in foro fori quaslibet eludabit dubietates circa præſentem materiam occurrentes.

Thimotheus Timotheius Vic.Gen.Aſſiſij

Romana

Digitized by Google

Romana Societatis Officij. Mercurij prima Februarij. 1623. Rotæ Romanæ Deciſio. Coram. R. P. D. Merlino.

41 CVM à fauorem *D.* Cap. Io: Vincioli inita fuiſſet Societas Officij ſcutorum 600. ſub obligatione, & recognitione bonæ fidei *D.* Proſperi, & poſt cęptum primum ſemeſtre Vinciolus recepiſſet ab eodem Proſpero ſcuta centum, cum declaratione, quod in poſterum ſocietas pro reſiduo tantum ſcutorum 500. durare deberet, & à die talis receptionis fructus prò huiuſmodi rata ſcutorum 500. exegiſſet tandem pro ſua diſdicta obtinuit per R. P. *D.* Sacchettum Iudicem ab A.C. deputatum, contra Proſperum relaxari mandatum executiuum pro eorumdem ſcutorum 500. reſtitutione, ad quorum computum effectualiter recipit ſcuta 250. Cum autem *Proſper* ab huiuſmodi *D*ecreto, & mandati relaxatione appellaſſet, cauſa appellationis per Signaturam commiſſa, cum Clauſula, Si quid exequendum &c. de voto Rotæ dubium propoſui, An Mandatum huiuſmodi eſſet exequendum, & pro qua ſumma. *D*omini vtraq; parte informante pro reſiduo integræ ſummæ pro dictis ſcutis 500. vti iuſtũ & relaxatum ſeruatis ſeruandis in vim publici inſtrumenti, & obligationis Cameralis, executioni demandandum cenſuerunt.

Nèc viſum fuit obſtare, quòd pro parte *Proſperi* prætendere-
41 tur per receptionem dictorum ſcutorum 100. ad computum ſortis principalis ſocietatem ipſam fuiſſe in totum diſſolutam, vt tradit *Saluſt. Tib. in Praxi A.C. lib. 1. c. 17. n. 3. Pacif. de Saluian. Interd. inſpect. 4. c. 1. num. 75. Marcheſan. de Commiſſ. fol. 785. num. 3. Hector Felic. de Societ. cap. 34. num. 44.* Et conſequenter fructus prædictos poſtea per Vinciolum exactos in dictæ ſortis

reſiduum

reſiduum computan. iuxtà tradita per *Gabriel. conſ. 78. num. 2. & 3. lib. 1. & conſ. 63. num. 26. lib. 2.* & magis in terminis *Pacific. dicto num. 75.* Quia, circumſcriptis facti circumſtantijs, Domini dixerunt negatiuam opinionem, quòd nempè Societas per receptionem partis ſortis principalis regulariter non cenſetur, diſſoluta in totum, eſſe de iure veriorem, quàm alias tenuit Rota in Peruſina Societatis 19. Martij. 1579. coram bo: mem: Cardinali Blanchetto, vt refert, & ſequitur *Boccat. de ſocietat. offic. num. 180. & 176. & 187.* & ex profeſſo pluribus comprobat *Turrett. conſ. 84. num. 6. vſq; ad 19. lib. 1.* & latè *Moder. de ſciet. offic. num. 302. & ſeqq.*

42 Neque dici poteſt de huiuſmodi tacito conſenſu ſatis conſtare ex ipſamet partis ſortis principalis exactione hoc enim ſolũ; quòd ſocius partem ſortis exegerit, non benè infertur, quod ab eadem ſocietate in totum voluerit recedere: Quinimmò de natura ſocietatis eſt, quod per reſtitutionem, vel interitum partis rei communicatæ ſocietas in totum non diſſoluatur, ſed adhùc duret ſuper eo, quòd ſupereſt, vt habetur in *l. verum. qua eſt. § fin. in l. id quod in princ. ff. pro ſoc.* Et in ſpecie *Boccat. vbi ſupra num. 166. Seraphin. deciſ. 543. nu. 6. & Rot. deciſ. 288. par. 1. diuer.* Ad quod etiam facit alia concluſio, quod ſocietas contra-

43 cta ſuper duobus officiis, altero illorũ alienato, adhuc durat pro rata, ſi illud, quod ſupereſt, nõ eſt capax in totũ, vt tradit *Boccat. in dicto tract. n. 183. Azor. inſtit. moral. tom. 3. lib. 9. c. 16. in fin.*

44 *Rot. d. deciſ. 288. in prin & n 3. p. 1. diuerſ.* & pluries fuit deciſum & ſignanter in Roman. cenſus. 14. Ianuarij coram Card Sacrato, & in Rom. Societ. Off. 28. Iaanuarij. 1603. coram Card. Millino, & coram Card. Seraph. *deciſ. 543. per tot.* vbi id fuit firmatum etiam quando ſocietas inita fuit ſuper vnico tantum officio, cuius pars deinde fuit vendita. Ex quo clare patet, quod Contractus iſte non eſt de ſui natura indiuiduus, ſed poteſt prò parte ſubſtineri, & durare, etiamſi pro parte fuerit diſſolutus.

45 Nèc quicquam facit, quod videatur indiuiduus ratione contractus, & ſtipulationis. *l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. obligat.* vt arguit *Felicius de ſociet. dicto cap. 34. ſub num. 44. ſubdens diſpoſitionem textus in dicta l. verum. §. fin. & in l. ſi id, quod. ff pro ſoc.* eſſe intelligendam, quando Capitale ſorte, vel fortuna à ſocietate remouetur; ſecus quandò partium voluntate,

M nam

nam fuit reſponſum, quod regula huiuſmodi procedit, quando ſtipulatio interponitur ſuper re de ſui natura indiuidua, ſecus quando res eſt diuidua prout ſunt huiuſmodi ſocietates officiorum *.l.2 §.1. in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.in prin.& ibi Soce.Iun.nu.418. Menoch. qui alios refert.conſ.123.nu.13.* & in puncto reſpondit *Turret.totiès allegatus d.conſ.84.num.9.*

46 Neque obſtat *Bald.in d.l.1.num.8. & 14.Salyc.ibidem nu.4. ff. pro Soc.* qui volunt, quod ſi perimatur pars capitalis poſita ab vno ex ſociis, non teneatur ſocius ille iteratò ponere, quia finita eſt ſocietas.

Reſpondetur enim, id verum eſſe in illis ſocietatibus, in quibus, perempta parte capitalis, alia pars, quæ ſupereſt, vel eſt inutilis, vel non reddit eamdem vtilitatem in parte, quàm totum in toto: & ſatis apertè declarare videtur ipſemet *Bald.* dum affert exemplum, quando alter ex ſociis poſuit Mille, alter verò operam. Si enim illa Mille diminuantur, qui operam apoſuit non poteſt eamdem vtilitatem recipere: quod ſecùs accidit in iſtis ſocietatibus, in quibus ſumma, quæ remanſit eamdem affert vtilitatem reſpectu partis, quàm reddebat in totum reſpectu totius: & ſic ceſſat ratio deducta ex indiuiduitate, vt in terminis reſpondit *Rot.coram Seraphin.dicta deciſ.543.nu.3. & deciſ.288.num.3.par.1.diuerſ.& deciſ.125.num. 16.impreſſ. per Modern.Peruſin. poſt tract.de cenſib.* & egregiè etiam conſiderabat bo: mem: Card. Pamphilius in quodam eius voto in Rom. Societ. 19. Ianuar. 1600.

Et ex his patet, vim aliquam fieri non poſſe in auctoritate Saluſt. & aliorum Modernorum ſupra pro contraria opinione allat. cum ipſi nulla lege, aut alia ratione nitantur, niſi indiuiduitatis, quam ex præmiſſis apparet, non applicari.

47 Nec fuit habita in conſideratione aſſerta Notarij fides, quia vltra quòd non ſumus in ſtylo reſpiciente ordinatoria Iudicij, ſed deciſoria, qui propterea debuiſſet formiter, & concludentèr probari, quia allegata conſuetudo nō eſt vniformis. Sæpius enim fuit iudicatum contrarium, videlicet preceptionem partis for-

48 tis ſocietatem non cenſeri in totum diſſolutam, & ita acritèr diſcuſſo articulo, ſe aliàs pluries in facto iudicaſſe atteſtatus fuit R.P.D. meus Burattus, dum ipſe Locumtenentis A.C. munere ſumma cum laude fungeretur, & cum hac etiam opinione tranſiuiſſe

fuiſſe Signaturam reſcribẽdo cum clauſula executiua, proponen. R.P.D.Cencio 27.Septembris.1612.

49 Præterea dictum fuit, quòd etiam ſi ità ſimplicitèr, & in abſtracto contraria opinio poſſet dici verior, certum tamèn eſt illam non procedere, quando ex coniecturis, vel facti circumſtantijs apparet Partes noluiſſe in totum à ſocietate recedere, immò potius apertè voluiſſe illam, quoad reſiduum adhùc perdurare: & multominus, vbi ſuper hoc fuit emiſſa proteſtatio,& animus huiuſmodi apertè declaratus, prout in præſenti cauſa factum fuit: totum enim hoc pendet à veriſimili contrahentium intentione diſcedendi, à ſocietate in totum, vel in partè,etiam ex ſolis facti circumſtantijs elicita. *Bart.in l.actionum. in prin. in ſecundo membro diſtinctionis.ff.pro ſoc.Bald.in l.cœtum. §.fi. ff.eod.*Et in puncto fuit dictum in Romana Societatis prima Iulij 1602.coram bo:mem:Card.Pamphilio,quæ eſt deciſ.55.impreſſ. per Modern.poſt tract.de ſociet. & aduertit etiam ipſe Author d.tract.nu.306.& ita etiam fuiſſe refert *Felicius tract.de ſociet. d. cap.*34.*num.*44.Et in terminis cenſus dixit Rot.in Romana Anterioritatis.12,Maij.1600.coram Iuſto. Et tradunt Modern.Peruſin.*de cenſ.part.*3.*cap.*1.*q.*3.*art.*5.*num.*4.*& ſeq.*

50 Nec etiam obſtare viſum fuit, quòd reſtitutio dictorum ſcutorum 100.non fuit facta ab Officialibus,ſed à Proſpero, qui bonam fidem recognouerat,& quòd inter ipſum, & Vinciolum paritèr fuerit emiſſa proteſtatio, & declaratio prædicta abſq; vllo Officialis conſenſu, qui tamen eſt omninò neceſſarius in ſocietatis creatione, vel eiuſdẽ renouatione, & conſequenter illa ex vi ipſius noui conſenſus, qui non interuenit, ſuſtineri non poſſit, iuxtà tradita per *Felicium d.nu.*44. Quia fuit reſponſum, eamdem ſocietatẽ à principio cõtractam perduraſſe pro rata ſortis non reſtituta, pro qua apparet numquàm fuiſſe diſdictam,ideoq; nõ fuiſſe neceſſariũ nouum conſenſum,vt exiſtimauit *Felic.* vbi ſupra,ſed ſufficere voluntatem, & conſenſum Officialis, qui à principio contractus interuenit, & qui etiam poſtea duraſſe præſumitur, donèc non appareat illum fuiſſe reuocatum, vt per *Caſtracan.de ſociet.cap.*55.*num.*17.Et magis in ſpecie per *Turrett.d.conſ.*84.*num.*12.*& Modern.Roman.dicto tract. de ſociet. Offic.num.*303.et in terminis cenſus admittunt etiam *Modern. Peruſin d.part.*3 *cap.*1.*quæſt.*3.*art.*5.*num.*6.

51 Addebant etiam Domini, quòd, vel ſocietas diſſolui non poteſt abſque Officialis conſenſu, vt ſenſit *Turret. d. conſ.* 84. *nu.* 16. & iſta de qua agitur, nec etiam pro parte fuit diſſoluta: Vndè multò minùs agi poterat de prætextu fructuum imputatione; vel talis conſenſus non eſt neceſſarius, quod videtur veriùs, ſtante conuentione, quòd diſdicta etiam vni tantum ex fideiuſſoribus facta ſufficiat, ex vulgato Curiæ vſu, & nulla poteſt aſſignari maior ratio, cur potiùs ſine tali conſenſu, & ſcientia Officialis diſſolui poſſit tàm in totum, quàm in partem.

52 Nullitas ex defectu intimationis ſublata fuit per illius exhibitionem: Ea verò, quæ deducebantur ex omiſſione reſponſionis ad Articulos, non placuit Dominis, tùm quia non fuerunt dati ab ipſo Proſpero medio iuramento, ſed à quodam aſſerto Procuratore, de cuius mandato non conſtat; Et conſequenter Vinciolus illis reſpondere non tenebatur ex traditis per *Surd. deciſ.* 58. *nu.* 11. tùm etiam, quia nil aliud continebatur, quàm dictorum fructuum ſolutionem, & ſic erant penitùs irreleuantes, iuxtà ſuperiùs deducta.

Et ità deciſum. &c.

Iſthæc itaque mihi viſa fuerunt ſatis pro præſentis materiei, & argumenti dilucidatione, quæ tuo iuſſu, Vir Illuſtriſsime in medium prodeunt. Si ſatis quidem tibi facient, vehementer gaudeo, ſin minus, ingenij obſecro hebetudini ignoſcas mei. Vale Peruſiæ.

Illu-

Digitized by Google

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D.

D. GEORGIO ABBATI CORNELIO.

TIMOTHEVS TIMOTHEIVS .F.

D*VM hæc prælo committebantur, Doctiſſimi cuiuſdam, ac Piiſsimi Viri, cuius nomen indicaſſe multis ex cauſis mihi interdictum, ex Religioſiſſimo, primarioquè vniuerſi Orbis Sodalitio Reſponſum hoc ad manus peruenit meas, in quo cum Collatici contractus, vt aiunt, facillimè expediatur argumentum, & maximam cum Societatibus animaliū potiſſimum ſocietatem habeat, & connexitatem prò aurea PROPVGNACVLI MEI Coronide edendū exiſtimaui. Tibi demùm, VIR ILLVSTRISSIME, dicādum duxi, cuius nobilitas ſumma, ingenij acumen perſpicaciſſimum, animi magnitudo cunctis patet, ac notiſsima eſt: Et quoniam*

niam

Digitized by Google

niam cum hoſtes ingeniorum, ignauiſſimi illi quidem, frontem aggredi formident, veriti, ne peiora reportent, Terga vt plurimum percutere, graſſatorum ſecuti morem, & dilaniare conentur, fortiſſimo tuæ nobilitatis, auctoritatiſquè Clypeo, quæ tua eſt benignitas, munitum PROPVGNACVLVM MEVM vtiquè pertimeſcent: Sic hoſtium Turmis depulſis, optimum mihi, ſingulareque in inuidos, ac detractores paratur munimen, & fulcimentum. Vale. Peruſiæ VI. Kalend. Maij MDC.XXXVII.

Exa-

Digitized by Google

Examinatur Contractus, vulgò COLLAIA nuncupatus, qui eſt huiuſmodi.

RESPONSVM DECIMVMPRIMVM.

LÆLIVS bouem emit. 20. aureis, quem totidem æſtimatum locat ſuo Colono per annum; pacta inter ipſos inita hæc ſunt. Primò, vt ſi poſt annum pluris, aut minoris. 20. bos æſtimabitur, tantundem lucri, vel iacturæ pro æquali portione ſentiet Dominus, & Colonus. Secundò, ſi contingat, bouem quocumq; caſu etiam fortuito interire, Colonus dimidam partem capitalis nempe. 10. de ſuo Lælio rependet, altera dimidia ipſi Lælio pereunte. Tertiò pretium trium aureorum in ſingulos annos pro bouis opera tenebitur Colonus Domino præſtare.

Quæritur; an hic contractus æquus ſit, an iniquus. Reſpondeo, propoſiti contractus iniuſtitiam duplici ex capitè peti poſſe; Primò, ex eo quod vſurarius ſit. Secundò, quia licet non ſit vſurarius: Non ſeruetur tamen in eo ob conditiones, & pacta quibus initur, iuſtitia, & æqualitas inter Dominum, & Colonum, quæ potiſſimùm in cōtractibus vtrinque oneroſis, qualis eſt hic, quo de agimus, ſpectari debet; nos vtrumque in præſenti expendemus.

Et quidem quoad primum; ſentiunt nonnulli huiuſmodi contractum vſurarium eſſe. Ducuntur, quòd dominium dimidiæ partis bouis, cuius periculum in Colonum transfertur, ſit penes Colonum, in quem translatum fuit, vel per contractum venditionis cum dilata ſolutione pretij, in quo contineri mutuùm virtuale, docet cum communi *Molina de contractibus. diſput.* 313. *num.* 2. vel per contractum mutui expliciti: neq; enim præter hos duos contractus alius excogitari poteſt, quo mediante, dicatur translatum in Colonum dominium; translatum verò probatur; tum quia bos traditur Colono æſtimatus; at traditio rei æſtimatæ inducit venditionem. *leg. cum fundus. ff. locati. Bartol. in leg. ſi vt certo. §. nunc videndum num.* 5. *ff. commodat. So-*

tus

tus de Iuſtitia, & Iure lib. 6. quaſt. 9. art. 2. ad 3. per venditionem verò transferri dominium, ſequuta rei traditione habetur, *ex leg. Traditionibus* | *C. de pactis:* tùm quia, boue etiam fortuitò demortuo, tenetur Colonus dimidiam partem pretij, cuius periculum in ſe ſuſcepit, de ſuo rependere; ergo Colono perijt; ergo, quia eius dimidiæ partis Dominus erat, cum res alteri perire non poſſit niſi Domino. Quo poſito, quid aliud eſt dantem paciſci cum Colono, vt ſuo periculo ſibi reſtituat pretium dimidiæ partis bouis, & præterea conuentam penſionem ſoluat; niſi lucrum ex mutuo vel explicito, vel implicito immediatè reportare? quod eſt formaliſsima vſura, vt cum alijs tenet *Panormit. in Rub. ad caput primum de vſuris nu.* 2. idem enim id eſſet, ac ſi Dominus mutuaret Colono dimidiam illam partem bouis cum pacto, vt poſt annum eamdem, vel æquale pretium reſtituat cum fœnore trium aureorum; atquè ita huiuſmodi contractum tamquam vſuraria labe infectum reijciunt *Conrad. Tract. 5. quaſt. 91. In ſecundo Corollario ſecundæ concluſionis*, vbi expreſsè dicit; quod tra-
„ ditio animalium æſtimatorum eſt vſuraria, ſi ex ea aliquot ſextarij
„ frumenti, vel alia vtilitas percipiatur à tradente. *S. Antoninus in ſecunda parte tit. primo cap. 7. num. 39.* Vbi in initio ſic ha-
„ bet. Si autem vult partem lucri ſaluo ſuo capitali vſura eſt, quia
„ illud lucrum vult ratione mutui, quod prohibetur 14. *quaſt.* 3.
„ *cap. vſura.* Et ſi quis vellet hunc contractum Soccidam vocare,
„ erit iniuſta, & obligabitur talis ad reſtitutionem. Idem ſentiunt *Roſell. & Tabien. ambo verb. Vſura 3. num. 6.*

Alij tamen benigniùs de eodem contractu arbitrantur; aiunt enim non eſſe vſurarium ſed iniuſtum; quod erat alterum diſquirendum; ita ex Iuriſperitis tenet *Petrus Vbaldus in Tract. de duobus fratribus parte 5. quaſt. 26. ſeu num. 29. vbi ex Calderino & Antonio Butrienſi in cap Extremum. de vſuris* conclu-
„ dit in hæc verba. Meritò illi, qui dant boues ad collatitium, ſi
„ volunt quod damnum, ſeu periculum ſit commune, non licet,
„ & eſt iniuſtum lucrum, & intentio deprauata; conſentit *Comitol. lib. 3. Reſp. Moral. quaſt. 12. num. 4. in 5. propoſitione,* in qua aſſerit Colonum ex vi initi contractus teneri ſolum ad cuſtodiam, & paſtionem animalis, & trium aureorum penſionem, item ad rependendum damnum, ſi bos ex lata vel leui Coloni culpa mo-

riatur

Digitized by Google

riatur, aut deterior fiat; non verò ſi ex leuiſſima, aut caſu fortuito; & rurſus probari poteſt, quia limites iuſtitiæ videtur excedere, Colonum adeò prægrauare, cuius onus imponitur non ſolùm cuſtodiendi, & alendi bouis, & eiuſdem iacturam, aut deteriorationem pro medietate reſtaurandi, ſed etiam ſoluendi ſingulis annis pretium trium aureorum Domino, qui bouem 20. dicitur emiſſe; quod eſt exigere ad rationem 15. pro centenario, quæ penſio profectò eſt nimis exceſſiua, atquè hæ ſunt ſententiæ, & rationes, quibus prædictus contractus, vel vt fænetitius, vel vt iniuſtus impugnatur; his tamen non obſtantibus.

Dico primò; propoſitum contractum nullo modo eſſe vſurarium; probatur; quia non eſt contractus mutui neque expliciti, nequè virtualis, quod neceſſariò ſupponitur ad crimen vſuræ, *Panormit. vbi ſupra & Doctores communiter*, ſed eſt contractus locationis, in quo mercede conceditur Colono vſus bouis, prout definitur locatio. *Leſſius lib. 2. de Iuſt. & Iur. cap. 24. dubit. prima: Mol. de contractibus diſp.* 489. *Riginald. lib.* 25. *num.* 489.

Verum quidem eſt, quòd ex vi talis contractus, cum dominium rei locatæ remaneat apud locatorem, nequè in conductorem transferatur, locatoris debet eſſe omnis iactura, & lucrum, quæ citra culpam latam, vel leuem conductoris, vel eiuſdem induſtriam contingunt in re locata.

Hoc tamen non facit, quò minùs per alium contractum, qui vocatur aſſecurationis, poſsit locator periculum totius rei, vel dimidiæ eius partis in Conductorem reijcere, aliquid ei de penſione, quod aliunde iuſtè exigere poteſt remittendo; quod patet; quia ſicuti in contractu commodati, & depoſiti poteſt periculum ad accipientem pertinere, vt habetur *ex cap. 1. de commodato, & cap. Bona fides de depoſito*; cum tamen ex naturam horum contractuum debeant commodantis, & deponentis eſſe damna fatalia, cum eorumdem ſint res commodatæ, & depoſitæ; ita poterit rei locatæ periculum ex pacto fieri conductoris, vt expreſsè tenet *Azzor. tom. 3. Inſt. Moral lib. 8. cap. 11. quæſt. 7. Leſſius lib. 2. de iuſt. & Iure. cap. 24. dub. 5. nu. 29. Rebell. par. 2. de obligatione Iuſtitiæ lib. 15. quæſt. 4. num. 2. Garzias de contractibus cap. 32. num. 9. Syl. Filtiucc. infra.*

Et licitè quidem poſſunt huiuſmodi pacta in locationibus ap-

poni, vt ſcilicet Conductor diligentem curam præſtet in conſeruanda re locata, quam ipſe ſemper maiori labori, & periculo exponeret, ſi noſſet illius iacturam ad ſe minimè pertinere; propterea optimè ait *Sotus relatus ab Azzorio vbi ſupra cap. 12. quæſt.* 1. Quòd ſi Titius ſuum equum locauerit Caio, à quo malè vexandũ & tractandum putet, poterit tutò cũ eo de pretio paciſci, vt ſic quus pereat, ipſi Caio pereat; non eſt itaq; contra, ſed præter naturam locationis aſſecuratio capitalis, & eſt illi tantùm quid accidentale non ipſius locationis ſubſtantiam deſtruens: propterà ſi ſeruetur iuſtitia in taxatione pretij pro periculo, cui conductor ſe exponit, contractus erit omnino *iuſtus*, & licitus & naturali iuſtitiæ valde conformis, ſicuti communiter aſſerunt citt. Doctores, *& Filliucc. tract.* 38. *cap.* 5. *nu.* 65. quod idem anteà docuerat in proprijs terminis *Syl. in verb. Societas* 2. *in fine ſeptimæ quæſtionis*; vbi ſic ait. Si dans det duos bo-
„ ues æſtimatos, qui iuſtè poſſent locari ſub penſione duodecim
„ ſextariorum frumenti, & locet ſub penſione ſextariorum octo;
„ ſed ſub hac conditione, quod accipiens ſubſtet periculo tertiæ
„ partis bouum; contractus eſt licitus, quia licet pars capitalis
„ ſit ſalua, empta eſt quatuor ſextarijs, vnde eſt ibi aſſecuratio.

In qua Sylueſtri ſententia habes profectò adamuſſim deſcriptam eamdem contractus ſpeciem, de quo eſt præſens quæſtio; in hoc enim, non ſecus ac in noſtro interuenit traditio boum æſtimatorum, aſſecuratio capitalis pro tertia parte; & penſionis ſolutio; vt iam videri poſſit omnem ab eo fœnoris, ac iniuſtitiæ ſuſpicionem abeſſe, quem; ab ipſis Sylueſtri temporibus frequenti praxi receptum fuiſſe, illud non leue eſt inditium, quòd ipſe de huiuſmodi contrahendi ratione mẽtionem fecerit, ac vt licitam approbarit.

Ad rationes oppoſitas facilè reſpondetur; & primò quòd in eo contractu non miſceatur vlla mutui ratio, apertè conſtat ex dictis: neque obſtat, quòd per traditionem rei æſtimatæ inducatur emptio, vt ibi dicitur; hoc enim falſum eſſe, & ipſi iuri contrarium optimè validiſſimis rationibus oſtendit contra *Sotum loc. cit. Nauarr. in comment. de vſuris num.* 36. & idem tenẽt DD. ſupra allegati, immo idem *Bartol. dicta leg. ſi vt certo num.* 6. declarans id, quod ibidem *nu.* 5. dixerat hæc habet.
„ Ex prædictis potes eſſe certus, quando locator locat tibi Ron-

„ zinum

Digitized by Google

„ zinum æſtimatum, an æſtimatio faciat in te tranſire pericu-
„ lum; & certè cum ex natura contractus non ſit, vt transferatur
„ dominium, talis æſtimatio non facit emptionem; Sed cum ex
„ natura contractus venia t leuis culpa, æſtimatio prædicta faciet
„ venire leuiſsimam. Hæc Bartol. Non eſt itaque vniuerſaliter verum, quod ſimplex rei æſtimatæ taditio venditionem faciat, neque id ex contrahentium conuentione, à qua legem contractus accipiunt *reg.85.Iuris in 6.* præſumi vllo modo debet.

Secundò, nec ſuſceptio periculi id præſtat, quia in locatione ſolùm apponitur æſtmatio, vt qui rem ſuo periculo ſuſcipit, ſciat quantum, ſi ea perierit, debeat Domino reſtituere; vt notat *Comitol.loc.cit.num.*4. & præter ipſum alij; alioqui ſi ſalua, manſerit, Domini erit, non eius, qui periculum ſuſcepit: aliter ſuſcipiens periculum nauis alienæ continuò fieret illius Dominus, quod nemo dicet.

Oppones Sixtus Quintus in Bulla incipiente Deteſtabilis &c. edita anno Domini 1586.12.Kalend. Nouembris, declarauit fœneratitios contractus omnium ſocietatum, in quibus pactum fuerit de reſtituendo in quocumq; euentu etiam fortuito, integrum & ſaluum capitale ſocio illud apponenti; quæ conſtitutio, licet aliquibus pœnalis videatur, & ſecundum vniuerſalem regulam ſtrictè intelligenda de contractibus ſcilicet tantùm ſocietatis: at quia ibi agitur de ſalute animarum, & vitando peccato, vt ex eius proœmio patet, debet ob idemtitatem rationis extendi ad quoſcumq; alios contractus, in quibus idem pactum, aſſecurationis apponitur: in fauorem enim animarum extenſionem faciendam eſſe etiam iuris pœnalis, tenet cum alijs *Iaſon, in Auth. Quas actiones num.25. C. De Sacroſanct. Eccleſ. Gloſ. in cap. Si anti cuncti. verb. alios: De electiõn. in 6. Francus in cap. 1. De temp.ordin. eodem lib.* ergo ſecundam hanc Bullam, vt vſurarius condemnabitur locationis contractus, in quo locatori à conductore integrum capitale ſeruatur.

Reſpondeo: quicquid ſit: an dicta Bulla ſit vt odioſa ſtrictè intelligenda, an latè interpretanda vt fauorabilis; mentem Summi Pontificis fuiſſe tantùm in ea prohibere aſſecurationem capitalis, quando hoc onus alteri ſocio imponitur ex vi, & ſubſtantia ipſiusmet ſocietatis; non autem ſi tale pactum ſit ex diuerſo contractu à ſocietate, vt eſt contractus aſſecurationis, qui ſæ-

piſſime cum eo coniungitur; Et quamuis *Azzor d.tom.3.lib.9.c.3.quæſt.7.verſ.at iuxta ſecundam ſententiam*; dubitet qualis circa hoc fuerit mens Legislatoris, tamen eum reſpondiſſe, cum de intellectu dictæ Conſtitutionis interrogaretur, ſe in ea ſolùm voluiſſe prohibere iniuſtos contractus, & conuentiones ſolitas ſocietatibus apponi, quas Claſſici Doctores condemnarent; non autem eos, quos iidem approbarent tànquam iuſtos; hoc, inquam, fuiſſe Summi Pontificis reſponſum, retulerunt Cardinalis Toletus, & Cardinalis Sanctæ Seuerinę, quibus commiſſa fuit cura ſanciendæ legis, Patri Stefano Tuccio Theologo e Societate IESV, qui id, litteris ad Patrem Comitulum datis, teſtatus eſt, vt idem Comitulus refert, *vbi ſupra num*.3. Non itaq; infirmatur, ſed confirmatur potius ex citata Bulla contractus aſſecurationis cum locatione coniunctus; & hæc quoad primam partem, quoad ſecundam verò.

Dico ſecundò, neque in eo contractu iniuſtitiam committi, eò quòd longè maioris æſtimationis ſit periculum, cui conductor ſubeſt, quàm pretium, quod pro eo recipit; pro quo.

Suppono primò, quod in taxando iuſto lucro, quod poteſt ex pecunia obuenire, non tam eſt habenda ratio quantitatis ipſius pecuniæ, quàm negotiationis, cui talis pecunia exponitur; nam eadem pecuniæ quantitas ſecundum negotiationum varietatem, varium etiam lucrum parit; ita videmus quòd ſi quis mille aureis fundum emat, non percipiet lucrum niſi 4. vel 5. aureorum ſingulis annis pro quolibet centenario; 8. verò vel 7. ſi in cenſus; 10. vel 12. ſi in ſocitatem officiorum eandem pecuniam tradat; quam denique ſi mutuabit, nihil inde vtilitatis percipiet; vt ex ſe perſpicuum eſt.

Suppono ſecundo, vt à Peruſinis ruſticis didici, pretium operæ vnius bouis in agro excolendo pertingere ad ſummã duorum iuliorum in ſingulos dies; quarè ſi ex 365. diebus anni, ponamus 100. (quamuis multò plures numerari poſſent) colonum vti opera bouis, tenetur hac ratione Colonus ſoluere locatori penſionem 20. aureorum anno abſoluto, & iiſdem diebus cuſtodiam, & alimentum boui de ſuo præſtare. Neque mirum, quòd Dominus vno anno lucretur maius pretium, quàm ſit illud, quod in boue emendo impenderat; quia hoc paſſim accidit tum in alijs negotiatoribus, tum præſertim in iis, qui equos itinerarios

Digitized by Google

rios locant, qui ſæpiſſimè vnius anni ſpatio pretium duplo maius, quàm in equo emendo inſumpſerant, lucrantur, deductis etiam omnibus alijs expenſis; id enim prouenit ex tali negotiationis genere, quæ valde lucroſa eſt, & idem poteſt in alia ſimili contingere.

His ita præmiſſis, facile modò erit deprehendere prædicti cõtractus iuſtitiam: locator enim percipiendo tantùm tres aureos ex 20; cuſtodiam, & paſtionem bouis pro reliquis. 265. diebus, quibus ipſius bouis opera non vtitur conductor, redimit pretio ſeptem vel octo aureorum, quod iuſtum eſſe, iſdem ruſtici teſtati ſunt, quandoquidem bos integro anno vix pro ſui paſtione decem aureos abſumit: alijs verò 9. vel 10. qui ex dictis 20. aureis ſuperſunt, emit à conductore locator ſecuritatem dimidiæ partis capitalis; quod item iuſtum eſſe, deducitur tum ex auctoritate *Syluest. loc. cit.* qui ſicuti exiſtimat, ſecuritatem tertiæ partis capitalis iuſtè emi poſſe tertia parte lucri, quod ad locatorem ſpectat; ità etiã iuſtè ſecuritas dimidiæ partis emetur, non quidẽ dimidio, ſed quòd amplius eſt, duabus tertijs partibus lucri, quod locatori debetur; tum quia poteſt locator tuta conſcientia rigoroſo pretio vendere colono operam ſui bouis, & ab eodem infimo ſecuritatem emere: quòd verò teneatur colonus deteriorationem bouis pro medietate reficere, non obſtat, quia præterquàmquòd ab hoc onere remiſſione penſionis ſatis abundè releuatur; neque tale periculum eſt adeo certum; cum non rarò contingat augeri capitale, in cuius tamen commodi partem vi d. contractus vocatur conducta.

Denique cuius animaduerto, in quo nullo etiam interueniente pacto aſſecurationis, fundari videtur æquitas huiuſcè contractus; hoc autem eſt. Quòd periculum amittendi capitalis non magis ad locatorem pertinet quàm ad conductorem; ſed ad minus vtriq; æqualiter imminet; cum ante inchoatam locationem non magis certum ſit, bouem periturum ex leuiſſima culpa conductoris, vel caſu fortuito, atque ita locatorem amiſſurum capitale, quàm ex dolo, lata, vel leui culpa eiuſdem conductoris, in quo euentu ipſe totum capitale reſtituere teneretur: immo ſi res hæc ex communiter accidentibus metienda ſit, exiſtimo frequentiùs boues ad arandum locatos interire ex leui ſaltem culpa ruſticorum quàm ex leuiſſima

Digitized by Google

ſima, vel fortuitò; quiſque enim, quò rebus ſuis parcat, ſolet aliena curare parùm, immo multùm negligere; quamuis ruſtici, qui cum de proprio damno vitando, aut acquirendo lucro agitur, oculatiſſimi ſunt, & verſutiſſimi; vix vnquam ſuam culpam ingenuè fateantur, ſed ita callidè excuſationes, & inopinati infortunij cauſas obtexunt; vt Domini, quibus ad eorum dicta refellenda teſtes non ſuppetunt, ſed ipſis omnino ſtandum ſit, cogantur ſæpius totius capitalis iniuſtè iacturam perferre, vt ipſa quotidiana praxis oſtendit; quod ſi ita ſe res habet; quæ, rogo, ſpecies iniuſtitiæ eſt, Dominum ita cum Colono paciſci; vt ſtãte æquali hoc periculo, ſi bos pereat lata vel leui ipſius culpa, amittat locator dimidiam partẽ capitalis, cum totũ repetere poſſet; è cõtra verò, ſi id accidat ex leuiſſima coloni culpa vel fortuitò, ſoluat Colonus dimidiã partẽ pretij, cũ alioqui ex natura contractus ad nihil teneretur: nonne in hac contrahendi ratione æqua portione diuiditur inter locatorem, & conductorem damni periculum, & ſpes indemnitatis? ſicuti enim pro dimidia parte grauatur Colonus, cum damnum deberet eſſe Domini: ita etiam alia dimidia grauatur Dominus, cum damnum deberet eſſe Coloni; Neque quòd in conuentione mentio tantùm fiat oneris Colono impoſiti, taceatur autem Domini grauamen, debet alicui anſam præbere reprobandi huiuſmodi contractum, quaſi ineatur in certum Coloni detrimentum, & non in eius vtilitatem; & vice verſa ſit omnino Domino vtilis, & nulla ratione noxius, quod perfectò falſum eſt: ad hoc enim requireretur, vt dominus reiecto in ſui fauorem periculo capitalis in colonum, quando illi de iure ſubeſſe colonus non debet; eumdem ex alio capite non eximeret onere, ad quod teneretur; ſed adhuc ſi capitale lata vel leui culpa coloni deperiret, vellet ſibi integrum reſtitui, quod eſſet iniquiſſimum: verum in noſtro cõtractu ſecus ſe res habet; nam cum pactum apponitur vt in quocunque euentu media pars capitalis ruſtico pereat, in hoc pacto implicitè continetur, vt ſi capitale pereat ex culpa coloni, quod facilè poteſt accidere, mediam partem amittat dominus; & idem eſt, ac ſi explicitè conueniretur in hanc formam; vt ſi capitale pereat domino, mediam partem reſtituat colonus; ſi verò colono; æqualem mediam amittat dominus, & lucretur Colonus, quem contractuum hoc modo celebratum à numi-

Digitized by Google

numine puto damnandum; iuſtiſſimus enim eſt, etiam ſine vlla alia remuneratione colono attributa; cum par periculum ſubeat Dominus pro ſua medietate abſque vllo leuamine; ergo ſi pro periculi ſuſceptione pretium recepit colonus, vtiliùs profectò geret negotium ſuum; & potiùs ſi aliqua in hoc interuenit iniuſtitia, erit ex parte coloni contra Dominum, non ex parte domini contra colonum; hæc autem omnia dixerim diſputandi, non aliquid aſſerendi gratia; nam in defendenda huius contractus iuſtitia, placet non meas nouas rationes ſequi, quas nullius ponderis eſſe probè ſcio, ſed aliorum grauium Doctorum ſententijs inſiſtere.

Non me latet in poſtrema Peruſina Synodo habita ab Eminentiſſimo, ac Reuerendiſſimo Cardinali de Torres Peruſinæ Eccleſiæ tunc temporis Epiſcopo pag. 237. ſancitum decretum, in quo huiuſmodi contractus in ſpecie prohibetur, ac vt irritus damnatur in vtroque foro, eò quòd contineat conditiones contra formam ibi num. 5. & 6. præſcriptam, vbi tum bouis deterioratio, tum eiuſdem iactura ad locatorem decernitur pertinere, modo id lata vel leui culpa conductoris non contingat: cuius quidem certè ſapientiſſimi ac religioſiſſimi Connentus opinionē (quem vt debeo plurimi facio, ac reuereor) ſequerer in præſentia; niſi in contrariam partem me auocarent tum validiſſima rationum momenta; tum celeberrimorum Theologorum auctoritas, qui pro noſtra ſententia præter citatos 20. & eo amplius, omnes magni nominis recenſentur: tum denique quia hæc ipſa contrahendi ratio in tota penè Hetruria frequenti praxi & antiqua conſuetudine recepta eſt; conſuetudinem verò arguere contractū rectè fieri, & cum bona intentione, & propterea exiſtimari communiter licitum, tenet cum alijs idem *Filliuc. ibidem num. 96.* Huc etiam accedit, quod contrariæ ſententiæ nullus Auctor, quem ego viderim, apertè patrocinatur; nam *S. Antonin. Conrad. & alij*, qui oppoſitum ſentire videntur, explicari optimè poſſunt, vt nimirum dictum contractum reprobent, quatenus in eo ex vi locationis cogitur conductor præſtare ſecuritatem capitalis, etiam cum non tenetur; non verò ſi id periculum ſubeat ex alio contractu aſſecurationis, & pro tali onere viciſſim à locatore pretium recipiat, vt ſępius diximus: & de his duobus contractibus ſimul initis non videtur dicti Auctores loquuti,

quuti, immo eamdem fuiſſe cit. Synodi mentem non obſcurè co-
„ ijcitur ex verbis dicti decreti, quæ hæc ſunt. *Habbiamo riſolu-*
„ *to finalmente di preſcriuere quelle conditioni, che ſono proprie*
„ *delle Collaie, che è contratto di locatione, ſenza le quali ſtatuia-*
„ *mo, & ordiniamo che la Collaia in ragione di Collaia ſia ſtimata*
„ *ingiuſta, nè altrimente ſarà approuata da Noi, nè da noſtri Mi-*
„ *niſtri in vtroque foro.* Vbi noto, cum dicitur ibi; *che la Col-*
laia in ragion di Collaia ſia ſtimata ingiuſta &c non afficere hoc decretum contractum locationis bouis, quotieſcunque in eo præſtatur ſecuritas capitalis non quidem ex virtute locationis & Collaiæ, vt iam dicam, ſed ex contractu aſſecurationis, nam licet hæc conditio contraria ſit locationi, vt locatio eſt; at non eſt contraria immo propria contractus aſſecurationis, & ſi cū locatione miſcetur id eſt per accidens, ratione nimirum aſſecurationis, cū qua non repugnat locationem vniri; quare contractus hoc modo initus non eſt contra, ſed iuxtam formam in decreto præſcriptam, nullam enim conditionem continet, quæ repugnet naturæ locationis vt locatio eſt, quod vnum tantum ibi cauetur; quæ ſanè decreti interpretatio violenta non eſt, ſed valde conformis, ni fallor, ſenſui, qui ex ipſiſmet verbis eruitur; & grauiſſimi Doctores quos tacito nomine refert Azzor vbi ſupra eodem prorſus modo interpretati ſunt Bullam Sixti V. ante eius declarationem. Quod verò contrahentes non habeant intentionem explicitam celebrandi hos duos contractus locationis ſcilicet, & aſſecurationis, parum refert, quandoquidem contrahentium intentio ſemper talis præſumitur, qualem requirit natura contractus, & virtualiter ſaltem, licet non explicitè reputantur velle contractum inire omni meliori, & æquiori modo, quo poſſunt, vt communiter aſſerunt Doctores.

Ex dictis itaque concludo Lælium neque fœneratitium, neque iniuſtum contractum cum colono iniuiſſe, ſed omnino, iuſtum, ac naturali æquitati conformem; ita ſentio ſaluo ſemper.

LAVS DEO.

SYL-

SYLLABVS

Rerum, ac verborum, quæ in hoc Iuris PROPVGNACVLO continentur

A.

ABſentia, & infirmitas æquiparantur. Reſp. 7. num. 2. fol. 49.

A buon conto) *quomodo hæc verba ſint intelligenda. Reſp. 4. num. 18 fol. 31. Reſp. 1. num. 3. nu. 6. fol. 13 num. 36. fol. 17.*

Abuſus, & corruptela in ſocietate. Reſp. 9. num. 9. fol. 73.

Actus retroſimiles an, & quando faciant retrouenditionem. Reſp. 3. num. 13. fol. 23.

Aeſtimatio ceſſat, ceſſante damno Reſp. 10. num 15. fol. 82.

Aeſtimatio facit emptionem. Reſp. 9 num. 11. num. 13 fol. 73.

Aeſtimatorum Animalium conſideratio Reſp. 9 num. 11. fol 73.

Allegatio infirmitatis an & quando, & pro quibus opponenda. Reſp 7. num. 10. nu. 11. fol. 49.

Animalia groſſioris generis quæ ſint. Reſp. 9. num. 9. fol. 73.

Animalium commodum, & incommodum recipiens ad quid teneatur, quem contractum ineat. Reſp 9. num. 17. fol. 75.

Animalium cuſtodia quomodo conſideranda. Reſp. 9. num. 15. fol. 74.

Animalium æſtimatorum, & inæſtimatorum conſideratio. Reſp. 9. num. 11. fol. 73.

Anticipatæ ſolutionis reſiduum ſub ſpe futuræ retrouenditionis an ſit creditum. Reſp. 4. nu. 22. fol. 32.

Animaduerſo delictorum. Reſ. 60. num. 15 fol. 48.

Apoca refutationis quid operetur contra Inſtrumentum emptionis, & venditionis. Reſp. 1. num. 7 fol. 13.

Apoſtolorum limina non viſitans Epiſcopus infirmus an excuſetur. Reſp. 7. nu. 16 fol. 58.

Arbiter, & Moderator quilibet eſt in re propria. Reſp. 1. num. 9. fol. 9. num. 33. fol 17.

Arbitrium boni Viri conſiderandũ in ſocietatibus. R. 9. n. 8 fol. 73.

Digitized by Google

SYLLABVS.

Aſſertio Creditoris ad probanda damna an ſufficiat. Reſp 10. nu. 31. fol. 84.

Aſſertorium iuramentum grauius eſt promiſſorio. Reſp. 6. num. 24. fol. 49.

Augumento inducta non debent operari diminutionem. Reſp. 1. num. 22. fol. 16.

B.

Beneficijs, ac dignitatibus an Clericus periurus ſit priuandus. Reſp 6 num 33 fol. 51.

Bona data Mulieri in dotem ſunt patrimonium ipſius. Reſp. 5. num. 19. fol. 39.

Boni Viri arbitrium in ſocietatibus quid operetur. Reſp. 9. num. 9. fol. 73.

Bulla Sixti Quinti de ſocietatibus, ſaluo capitale. Reſp. 9. num. 1. fol. 71.

C.

Canonici infirmi an lucrentur diſtributiones Canonicatuum. Reſp. 7 num. 23. & ſeqq fol. 59.

Capitale ſaluo, an Societas iniri poſſit. Reſp. 9. num. 1 fol. 71.

Capitalis parte perempta, an duret ſocietas ſuper reſiduo. Reſp. 10. num. 46. fol. 90.

Ceſſante damno, ceſſat æſtimatio damni. Reſp. 10. num. 15 fol. 82.

Clara non recipiunt dubitationem. Reſp. 5. num. 1. fol. 36.

Clauſula (omne id & totum *) quid operetur. Reſp. 1. nu. 30. fol. 17. Reſ. 2. num. 1. & 2. fol. 18.*

Clericus periurus an priuandus beneficijs, & dignitatibus obtentis. Reſp. 6. num. 33. fol. 51.

Commodum, & incommodum animalium recipiens quem ineat contractum, ad quid teneatur. Reſp 9. num. 17. fol. 75.

Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 9 ſeſſ. 22. c. 1. de refor. matr. Reſp. 5. nu. 28. fol. 41.

Conditionale debitum quale ſit. Reſp. 4. num. 3. fol. 27. num. 28. fol. 33.

Condi-

SYLLABVS.

Conditionem eſſe impletam, & haberi pro impleta, paria ſunt. Reſp. 4. num. 23. fol 32.
Confeſſio extraiudicialis an, & quando probet. Reſp. 1. num. 35. fol. 17.
Confeſſio prima iurata an excludat ſecundam. Reſp. 6. num. 20. fol 49.
Conſenſus an in contractibus debeat eſſe tacitus, vel expreſſus. Reſp. 4. num. 10. fol. 28.
Coſenſus, & voluntas Creditoris quando eliciatur. Reſp. 1. num. 8. fol. 14.
Conſenſus indefinitus quomodo ſe habeat in emptione, & venditione. Reſp. 3. num. 11. fol. 23.
Conſenſus Parentum an ſit neceſſarius in contrahendo Matrimonio. Reſp. 5. num. 3 fol. 37 num. 12. fol. 38.
Conſenſus tacitus in ſocietatibus, quid operetur. Reſp. 10. num. 42. fol. 89.
Conſenſus Officialis an, & quando ſit neceſſarius in ſocietatibus. Reſp. 10. num. 50 fol. 90.
Conſuetudo in ſocietatibus animalium conſideranda eſt. Reſp. 9. num. 6. num. 9. fol. 73.
Conſuetudo ſeruanda eſt. Reſp. 9. num. 18. fol. 75. Reſp. 7. num. 21. fol. 58.
Conſuetudo vbi non eſt, qualis contractus iniri poteſt. Reſp. 9. num. 18 fol. 75.
Conſuetudo an, & quando faciat probationem. Reſp. 10. num. 47. fol 90.
Contracta ſocietas ſuper vnico officio an duret, ſi pars illius ſit alienata. Reſp. 10. num 43. fol. 89.
Contractus Collatitius. Reſp. 11. fol. 95.
Contractus an, & quando cenſeatur vulneratus. Reſp. 1. num. 14. fol. 23.
Contractus de neceſſitate an requirat ſcripturam, vel inſtrumentum. Reſp 4 num. 8. fol. 28.
Contractus emptionis, & venditionis an ſit indiuiduus. Reſp. 3. num. 6. fol. 22.
Contractus fictitij, & palliati qui dicantur. Reſp 5. nu. 17 fol. 30.
Contractus nominati an, & quando reſcindi poſſint. Reſp. 3. nu. 3. fol. 20.

Contractus nouatio quomodo probari poſſit. Reſp. 1. *num.* 13. *fol.* 14.

Contractus nouatio quid operetur. Reſp. 1. *nu.* 12 *num.* 14. *fol.* 14.

Contractus ratione pacti, & ſtipulationis rei, iuramenti, ac intentionis an ſit indiuiduus. Reſp. 4. *num.* 12. *fol.* 29.

Contractus retrouenditionis quomodo concipiatur. Reſp. 1. *nu.* 2. *fol.* 12.

Contractus recipientis commodum, & incommodum animalium. Reſp. 9 *num.* 17 *fol.* 75.

Contrahere Matrimonium an, inuitis Parentibus, ſit peccatum. Reſp. 5. *num.* 10. *fol.* 37. *num.* 22. *fol.* 40.

Contumacia an noceat infirmo. Reſp. 7. *num.* 6. *fol.* 49.

Corruptela, & abuſus qua ſint. Reſp. 9. *num.* 9. *fol.* 73.

Creditoris conſenſus, & voluntas quomodo eliciatur. Reſp. 1. *nu.* 8. *fol.* 14.

Creditor an poſt moram debitoris debeat damna ſuſtinere. Reſp. 10. *num.* 5. *fol.* 81.

Creditor an, & quando fructus petere poſſit poſt diſdictam ſocietatem. Reſp. 10. *num.* 20. *fol.* 83.

Creditoris aſſertio an ſatis ſit ad probanda damna paſſa. Reſp. 10. *num* 31. *fol.* 85.

Creditum an, & quando poſſit extorqueri ab inuito debitore. Reſp. 4. *num.* 27. *fol.* 33.

Cuſtodia Animalium quomodo conſideranda Reſp. 9. *n.* 15. *fol.* 74.

Cuſtodia merces quomodo conſideranda. Reſp. 9. *num.* 15 *ibidem*.

D.

D*Amna, & intereſſe quomodo probari debeant*. Reſp. 10. *nu.* 30. *fol.* 84.

Damna, & lucra æqualiter commenſuranda. Reſp. 10. *num.* 13. *fol.* 82.

Damno ceſſante, ceſſat æſtimatio. Reſp. 10. *num* 15. *ibidem*.

Damno, & lucro non ſubiacens pactum eſt illicitum. Reſp. 10. *n.* 20. *fol.* 83.

Damnum quando non poteſt reſici, an debeat fieri compenſatio. Reſp. 6. *num.* 38 *fol.* 53.

Debitor

Digitized by Google

SYLLABVS.

Debitor an, & quando poſſit cogi ad ſoluendum. Reſp. 4. *nu.*27. *fol.* 33.

Debitor quomodo conſequatur liberationem. Reſp. 1. *nu.* 28. *fol.* 16. *num.* 34. *fol.* 17.

Debitor quando eſt in mora an promiſſor obligetur. Reſp. 10. *nu.* 23. *fol.* 83.

Debitore à carceribus relaxato, an ceſſent diligentia. Reſp 10. *n.* 29. *fol.* 84.

Debitum an ſit pactum de redimendo, tempore durante. Reſp. 4. *n.* 2. *num.* 4. *fol.* 27. *num.* 29. *fol.* 33.

Debitum conditionale an repeti poſſit. Reſp. 4. *num.* 3. *fol.* 27. *nu.* 28. *fol.* 33.

Debitum non ſoluens tempore debito propter infirmitatem an excuſetur. Reſp. 7. *num.* 14. *fol.* 58.

Decretum Concil. *Trident. ſeſſ.* 24. *c.* 1. *de* Reformat. *& ſeſſ.* 22. *c.* 1. *de reform.* Reſp. 5. *num.* 28. *num.* 31. *fol.* 41.

Declarationes an poſſint fieri à Notarijs contra inſtrumenta à ſe rogata. Reſp. 8. *num.* 5. *fol.* 56.

Deficiente ſubrogante, deficit ſubrogatum. Reſp. 10. *nu.* 16. *fol.* 82.

Definitio cui conuenit eidem definitum conuenire dicitur. Reſp. 6. *num.* 9. *fol.* 47.

Delicta aliquando puninntur ex ſola cauſa, etiam ſine culpa. Reſp. 6. *nu.* 22. *fol.* 49.

Delictum periurij quomodo puniatur. Reſp. 6. *num.* 22. *num.* 23. *fol.* 49.

Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare. Reſp. 1. *num.* 4. *fol.* 13.

Diligentia ad exigenda debita. Reſp. 10. *num.* 27. *fol.* 84. *num.* 39. *fol.* 87.

Diminutionem non debent operari inducta ad augumentum. Reſp. 1. *num.* 22. *fol.* 16.

Diſdicta Societate, an, & quando fructus peti poſſint. Reſp. 10. *num.* 20. *fol.* 83.

Diſpoſitio legis cui conuenit, eidem verba illius conuenire dicuntur. Reſp. 6 *nu.* 9 *fol.* 47.

Diſtractus requiſita. Reſp. 4. *num.* 7. *fol.* 28.

Doctor ductus ad legendum an ſalarium conſequi debeat tempore infirmitatis. Reſp 7. *num.* 22. *fol.* 59.

Domo

Digitized by Google

Domo tota legata &c. quomodo intelligatur. Reſp. 1. num. 24. fol. 16.
Donatio an ſit legatum. Reſp. 2. num. 11. fol. 20.
Dos ad quid mulieri conſtituatur. Reſp. 5. num 17. fol. 39.
Dos eſt Patrimonium mulieris Reſp. 5. num. 19. ibidem.
Dotari debet filius à Patre pro ſacris Ordinibus ſuſcipiendis. Reſp. 5. num. 21. ibidem.
Dupplicatio verborum auget ſermonem. Reſp. 2. num. 3. num. 4. fol. 19.

E.

EFfectum limitatum producit cauſa limitata. Reſp. 4. num. 11. fol 29.
Emptio cum pacto de retrouendendo quomodo concipiatur Reſp. 1. num. 2. fol. 12.
Emptionis, & venditionis non poteſt pro parte acceptari, & pro parte reſpui. Reſp. 3. num. 9 fol 22.
Emptionis, & venditionis Apoca pro refutatione quid operetur cõtra Inſtrumentum. Reſp. 1. num. 7. fol. 22.
Emptionis, & venditionis contractus an ſit indiuiduus. Reſp. 3. num. 6. fol. 22.
Emptionis, & venditionis conſenſus an, & quomodo dicatur indefinitus. Reſp. 3. num. 11 fol. 23.
Emptor an, & quomodo poſſit cogi ad retrouendendum. Reſp. 2. num 10 fol. 20.
Emphiteuta infirmus ceſſans à ſolutione canonis per triennium an excuſetur. Reſp. 7. num 5 fol. 58.
Epiſcopus ſi ſtatuto tempore non viſitauit Limina Apoſtolorum ob infirmitatem an excuſetur. Reſp. 7. num. 16. ibidem.
Error Notarij an poſſit corrigi. Reſp. 8. num. 19. fol. 66.
Error Notary non præiudicat tertio. Reſp. 8. num. 16 ibidem.
Excõmunicati an cenſeantur, qui Matrimonia indebitè impediunt. Reſp 5. num. 27 fol. 40.
Excommunicatio ſupponit peccatum. Reſp. 5 num. 34 fol. 42.
Exhæredari an poſſit Mulier nubens, inuitis parentibus. Reſp. 5. num. 14. fol. 38.

Expreſ-

Digitized by Google

Expreſſus conſenſus, an tacitus requiratur in contractibus. Reſp.4. num.10.fol.28.

Extraiudicialis confeſſio an, & quomodo probet. Reſp.1.num.35 fol.17.

F.

FAlſus teſtis an ſit infamis. Reſp.6.num.26.fol.50.

Facti ignorantia ſemper præſumitur. Reſp.10.num.4.fol.83.

Fictio iuris æquipollet veritati. Reſp.4.num.26.fol.33.

Fictitij contractus, & palliati qui dicantur. Reſp.4.num.17.fol.30.

Fides Notariorum an, & quando probet. Reſp.10.num.47.fol.90.

Filia an, quomodo, & quando debeat dotari à Patre. Reſp.5.nu.16. num.20.fol.39.

Filius ſuſcipiens Ordinis ſacros an dotari debeat. Reſp.5.num.21. fol.39.

Finita Societate pecunia tranſit in ſimplex mutuum. Reſp.10. nu.22.fol.83.

Fructus, alienato officio, vel ſocietate finita, an percipi poſſint. Reſp.10.num.6.fol.81.

Fructus ſocietatis an, & quando Creditor poſſit petere. Reſp.10. num.20.fol.83.

Fructuum taxatio à quo fieri debeat. Reſp.10.num.34.fol.85.

G.

GEminatio verborum quid operetur. Reſp.1.num.20.fol.15. Reſp.3.num.4.fol.22.

Generalitas an includat ſpecialitatem. Reſp.1.num.23.fol.16.

H.

HAberi pro tali, & eſſe quid tale an ſint inter ſe diuerſa. Reſp.4. num.25.fol.33.

IMpe-

Digitized by Google

SYLLABVS.

I.

IMpedientes Matrimonia faciunt contra Iuſtitiam. Reſp. 5. num.36 fol.42.

Indebitè ſolutum repeti poteſt. Reſp.4 num.19 fol. 32.

Indefinita æquipollent vniuerſali. Reſp.3.num.10 fol.23.

Indefinitus conſenſus quando ſe habeat in emptione, & venditione. Reſp.3.num.11.ibidem.

Indiuiduus an ſit contractus emptionis, & venditionis. Reſp.3. num.6.fol.22.

Inducta ad augumentum non debent operari diminutionem. Reſp.1.num.22 fol.16.

Infirmi an, & quando habeantur pro præſentibus in actibus publicis. Reſp.7. num.4.fol.57.

Infirmi, & Seniores habilitantur. Reſp.7.num.20.fol.58.

Infirmi quibus gaudent priuilegijs. Reſp.7.num.5.fol.37. num. 17. fol.58.

Infirmitatis, allegatio an, & quando, & à quolibet ſit facienda. Reſp.7.num.10.fol. 57.

Infimitas, & abſentia æquiparantur. Reſp.7.num.2.ibidem.

Infirmus citatus an teneatur comparere. Reſp.7.num.9.fol. 57.

Inſtrumenta an poſſint declarari per Notarios poſt illorum confectionem.. Reſp.8.nu.9 fol.65.

Inſtrumentis publicatis an poſſit addi, vel diminui. Reſp. 8. nu.14. fol 65

Inſtrumentum publicum eſt probatio probata. Reſp.10.num. 33. fol.85.

Intentio Teſtatoris conſideranda. Reſp. 1 num. 18.fol.15.

Intereſſe, an, & quando debeatur. Reſp. 10.num. 24.fol.83.

Intereſſe, & damna per teſtes debent probari. Reſp. 10.num.30. fol.48.

Intereſſe verum, & imaginarium quid ſit. Reſp.10. nu.35.fol.85.

Inſtrumentum, ſeu ſcriptura an ſit de neceſſitate contractus. Reſp.4.num.8.fol.28.

Interpellatio an requiratur ad conſtituendum in mora debitorem. Reſp.10.num.24.fol.83.

Iura-

Iuramentum & pretij ſolutio faciunt deſinere r em eſſe intentionatam. Reſp.4.*nu*.21.*fol*.32.

Iuramentum quando teſtibus ritè præſtitum cenſeatur. Reſp. 6. *num*.4.*fol*.46.

*Iuramentum aſſertorium an ſit grauius promiſſorio.Reſp.*6.*nu*.24. *fol*.50.

*Iuramentum indiſcretum quid ſit. Reſp.*6 *num*.43 *fol*. 54.

Iuramentum ſuppletorium an admitti poſſit ad probandum errorem Notarij.Reſp. 8.*num*. 18.*fol*. 66.

Iuris remedia ad exigenda debita quæ ſint.Reſp. 10. *nu*. 27.*fol*.84. *num*.39.*fol*.87.

Ius nemo ſibi ipſi dicere poteſt.Reſp.7.*num*.4.*fol*. 57.

L.

L*Egatum non debet eſſe inutile.* Reſp.1.*num*.23.*fol*.16.

*Legata tota domo quomodò intelligatur.*Reſp 1.*n*.24.*fol* 16.

Legatum an debeatur mulieri non nubenti pro libito alicuius. Reſp 5.*num*. 8.*fol*.73.

Legatum eſt donatio.Reſp.2.*num*. 11.*fol*.20.

Legatum liberationis an ſit loco ſolutionis Reſp.1. *num*. 26.*fol*. 16.

Legatum an, & quando latiſſimam recipiat interpretationem. Reſp.4 *num*.16.*fol*.30.

Lege permittente quod ſit, pœnam non meretur. Reſp.5.*num*. 24. *fol*.40.

*Legis verba cui conueniunt, eidem diſpoſitio illius conuenire dicitur.*Reſp. 6.*num*.9.*fol*.47.

Legitima an includatur in renunciatione toti hæreditati. Reſp. 2. *num*. 7.*fol*.19.

Liberationem an recipiat obligatio rem tradi. Reſp. 3. *num*. 7. *fol*.22.

*Liberatio ex quibus inducatur.*Reſp.1.*num*.27.*nu*.30. *fol*. 16.

Liberationem quomodo conſequatur Debitor. Reſp. 1. *num*. 28 *ibidem*.*num*.34.*fol*.17.

*Liberatus ſemel an ſit amplius moleſtandus.*Reſp.1. *num*.31.*fol* 17.

Liber quilibet eſt in mutatione ſtatus Reſp.5.*num*.11.*fol*.38.*nu*.26. *fol*.40.

Digitized by Google

Libertas Matrimonij in medio ponitur. Reſp. 5. num. 13. fol. 38. num. 30. fol. 41.
Limitata cauſa limitatum producit effectum. Reſp. 4. num. 11. fol. 29.
Lites ſuſcitantur ab erroribus Notariorum. Reſp. 10. nu. 37. fol. 87.
Lucra, & damna æqualiter commenſurari debent. Reſp. 10. n. 13. fol. 82.
Lucrum petens quid probare debeat. Reſp. 10. num. 35. fol. 85.

M.

MAndatum Procuratoris an, & quando produci debeat. Reſp. 10. num 52. fol. 92.
Mandans reſtitui omnia bona an includat Trebelleanicam. Reſp. 1. num 8. fol. 19.
Matrimonia impedientes an ſint excommunicati. Reſ. 5. num. 27. fol. 40.
Matrimonia impedientes faciunt contra iuſtitiam. Reſp. 5. nu. 36. fol. 42.
Matrimonia impedientes, qua pœna plectuntur. Reſp. 5. num. 33. ibidem.
Matrimonium an poſſit annullari per renitentiam Parentum. Reſp. 5. num. 9. fol. 37.
Matrimonium eſt vinculum, & onus. Reſp 5. nu 5. fol. 37.
Matrimonium contrahere, inuitis parentibus, an ſit peccatum. Reſp. 5. num. 10. ibidem.
Matrimonij libertas expenditur. Reſp 5. n. 13. fol. 38. n. 30. fol. 50.
Medicus ductus ad medendum an conſequatur ſalarium tempore infirmitatis. Reſp. 7. num. 19. fol. 58.
Mendacium quid ſit. Reſp. 6. num. 18. fol. 50.
Merces Cuſtodiæ quomodo conſideranda. Reſp. 9. num 15. fol 74.
Moderator, & arbiter eſt quilibet in re ſua. Reſp. 1. num. 9 fol. 14. num. 37. fol. 17.
Monaſterium ingrediens, inuitis parentibus, an dotari debeat. Reſp. 5. num. 20. fol. 39.
Mulier an poſſit exhæredari, ſi nubat, inuitis parentibus. Reſp. 5. num. 14. fol. 38.

Mulier

Mulier an, & quando poſſit petere dotis ſupplementum. Reſp. 5. num. 18. fol. 39.

Mulier an poſſit nubere ſine conſenſu Parentum, ac aliorum de familia. Reſp. 5. num. 12. fol. 38. nu. 25. fol. 40.

Mulier an conſequatur legatum ſi abſque conſenſu alicuius renuat nubere. Reſp. 5. num. 8. fol. 37.

Mulieris Patrimonium dicitur dos. Reſp. 5. num. 19 fol. 39.

Mutuatæ ſorti quicquid accedit, vſura eſt. Reſp. 10. num. 12. fol. 82. num. 18. fol. 83.

Mutatione ſtatus quilibet liber exiſtit. Reſp. 5. num. 26. fol. 4.

N.

NEmini facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo. Reſp. 5. num. 23. fol. 40.

Nemo tenetur ad impoſſibile. Reſp. 7. num. 3 fol. 49.

Nobilitatis fide promittens, & non adimplens an ſit periurus. Reſp. 6. num. 35. fol. 51.

Nominati contractus an, & quando reſcindi poſſunt. Reſp. 3. nu. 3. fol. 21.

Non entium nullæ ſunt partes. Reſp. 10. num. 17. fol. 83.

Non eſt recedendum à proprietate verborum. Reſp. 1. num. 29. fol. 17.

Notariorum errores ſuſcitant lites. Reſp. 10. num. 37. fol. 87.

Notariorum fides an, & quando probet. Reſp. 10. num. 47. fol. 99. Reſp. 7. nu. 28 fol. 53.

Notarij error an præiudicet tertio. Reſp. 8. num. 16. fol. 66.
Imperitia quid operetur. num. 14. fol. 65.
Committentis falſum pœna. num. 22. fol. 67.

Notariorum peccata. Reſp. 8. num. 29. fol. 68.

Notarius an poſſit addere, vel minuere aliquid inſtrumentis à ſe rogatis. Reſp. 8. num. 4 fol. 64.
An poſſit facere declarationem contrariam ſcripturæ à ſe rogatæ. Reſp. 8. num. 3. fol. 64. Ad quid teneatur parti læſæ. ibidem. nu. 24. fol. 67 de quibus non poſſit ſe rogare. ibidem nu. 7. fol. 64. An poſſit teſtamenta à ſe rogata interpretari. ibidem. num. 13. num. 15. fol. 65. An, & quando dicatur bona fama. ibidem. nu. 17.

 fol. 66

Digitized by Google

fol. 66. *An, & adquid teneatur denegans ſcripturas publicas. ibid.num.*26.*num.*31.*fol.* 68.

Nouatio contractus quid operetur Reſp.1.*num.* 12.*fol.*14. *Quomodo probari poſſit.ibidem.num.*13. *Extinguit priorem obligationem. ibidem.num.*15.*fol.*15.

Nubens Mulier ſine conſenſu Parentum ad quid teneatur. Reſp.5. *num.*7.*fol.* 37.*num.*12.*fol.*38.*num.*25.*fol.*40.

O.

O*Bligatio an, & quando cenſeatur diuiſa.*Reſp.1.*nu.*10.*fol.*14.

*Obligatio prior extinguitur per nouationem.*Reſp. 1.*nu.* 15. *fol.*15.

Obligatio rem tradi an ſit indiuidua, an recipiat liberationem. Reſp.3.*num.*7.*num.* 8.*fol.* 22.

*Officialis conſenſus an, & quando ſit neceſſarius in ſocietatibus officiorum. Reſp.*10.*num.*50.*fol.*91.

Officij ſocietas an poſſit diuidi. Reſp. 10. *num.*40.*num.*41. *fol* 88. *num.*45.*fol.*89.*num.*49 *fol.*91.

P.

P*Acta de paſcendis pecoribus, & de illorum fructibus.* Reſp. 9. *num.*4.*num.*5 *fol.*72.

Pactum de retrouendendo in emptione, et venditione quomodo concipiatur. Reſp. 1.*num.*2.*fol.*13.

*Pactum redimendi actiuum, aut paſſiuum an ſit creditum, vel debitum.*Reſp.4.*num.*1.*fol.*26.

*Pactum redimendi, durante termino, an ſit debitum.*Reſp.4.*nu.*4. *fol.*27.*num.*29 *fol.*33.

*Pactum, quod ſoluta ſocietate, ſoluantur duodecim pro centenario, eſt illicitum. Reſp.*10.*nu.*18.*fol.* 83.

Pactum, quod non ſubiacet lucro, & damno, eſt illicitum. Reſp. 10. *num.*20.*ibidem.*

Palliati Contractus, & fictitij natura qua ſit. Reſp. 4. *num.* 17. *fol.* 30.

Parentum

Digitized by Google

SYLLABVS

Parentum conſenſum an Mulier nubens debeat requirere. Reſp. 5. num.3.num.7.fol.37.num 12.fol.38.num.25.fol.40.

Paria ſunt eſſe quid tale, vel haberi pro tali. Reſp.4.num.23.fol.32. fideiuſſionem eſſe datam, & haberi pro data. Et de ſimilibus. ibidem.

Partem pretij Recipiens an teneatur ad reuenditionem. Reſp.3.n.5 num.14.fol.23.Reſp.4. num.7.fol.28.

Partis precij ſolutio an indicet venditionem. Reſp.3.num. 4 fol.22. fol.22.num.14.fol.14.

Partis receptione an ſocietas in totum diſſoluatur. Reſp. 10. num.4. fol. 80. num.46.fol.90.

Pater an teneatur dotare filiam, eo inuito, nubentem, vel ingredientem Monaſterium. Reſp.5.num.16.num.20.fol.39.

Paterna renitentia an diſſoluat Matrimonium. Reſp. 5. num. 8. fol.37.

Pater tenetur dotare filium ſuſcipientem Ordinis ſacros. Reſp. 5. num.21.fol.39.

Patrimonium Mulieris eſt ipſa dos. Reſp.5.num.19.fol.39.

Pœna deponentis falſum. Reſp.6.num.23.& ſeqq.fol. 49. Periurij num.22.ibidem Impedientium Matrimonia. Reſp. 5. num. 33. fol.42. Notarij falſum committentis. Reſp.8.num.22.fol.67. Occultantis, ſeu denegantis publicas ſcripturas. num.30.num.32. fol.69.

Pœna ordinaria fori Eccleſiaſtici, & fori ſæcularis, quæ ſit. Reſp.5.num. 35.fol.42.

Pecunia, finita ſocietate, tranſit in ſimplex mutuum. Reſp. 10. num. 22.fol. 83.

Pecuniæ receptio ad bonum computum, quid operetur. Reſp. 1. num. 3.num.6.fol.13.num.36.fol.17.

Peccata Notariorum quæ ſint. Reſp.8.num.27.fol. 68.

Periurus an peccet mortaliter, & ad quid teneatur. Reſp. 6. nu.39. num.40.fol.53. An, & quando dicatur. num.3 fol. 46.

Periurium an ſit ſemper punibile. num.34.fol.51. An ſit delictum grauius homicidio num.46.fol.53.

Precij ſoluendi reſiduum pro complemento ſolutionis an ſit debitum. Reſp. 4. num.14.fol.29.

Precium petens an approbet venditionem. Reſ. 3. num. 17.fol.24.

Priuilegia infirmorum quæ ſint. Reſp. 6.num.5.& ſeqq.fol. 49.

Promiſ-

Digitized by Google

Promiſſio de retrouendendo an obliget praeciſè ad factum. Reſp. 4. num. 20. fol. 32.

Promiſſor obligatur, quando debitor eſt in mora Reſp. 10. num. 23. fol. 83.

Promittens ſe ſoluturum, de qua promiſſione intelligere videatur. Reſp. 10. num. 2. fol. 80.

Promittens ſub fide nobilitatis ad quid teneatur. Reſp. 6. num. 35. fol. 51.

Promittens reſtituere totam domum ad quid teneatur. Reſp. 2. nu. 6. nu. 8. fol. 19.

Procuratoris mandatum an, & quando produci debeat. Reſp. 10. num. 50. fol. 91.

Proteſtatio contraria facto nihil operatur. Reſp. 1. num. 13 fol. 14.

Publicum inſtrumentum eſt probatio probata. Reſp. 10. num. 33. fol. 85.

Pulli nati ex Iumenta data ad coperiendum ab equo, quomodò partiendi. Reſp. 9. num. 16. fol. 74.

Q.

QVietatio ad bonum computum quid operetur. Reſp. 1. *num.* 3. *num.* 6. *fol.* 13.

Quietationis Apoca quid operetur. Reſp. 1. *num.* 7. *fol.* 14.

Quietationis loco an ſit legatum liberationis. Reſp. 1. *ibidem.*

Quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter. Reſp. 1. *num.* 9. *fol.* 14. *num.* 33. *fol.* 17.

Quilibet liber exiſtit in mutatione ſtatus. Reſp. 5. *num.* 11. *fol.* 38. *num.* 26. *fol.* 40.

Qui vtitur iure ſuo nemini facit iniuriam. Reſp. 5. *num.* 23. *fol.* 40.

Quod fit, lege permittente, pœnam non meretur. Reſp. 5. *num.* 24. *fol.* 40.

R.

REceptio ad bonum computum quid operetur. Reſp. 1. *nu.* 3. *n.* 6. *fol.* 13.

Rece-

Digitized by Google

SYLLABVS.

Receptione partis ſortis principalis, an ſocietas ſit in totum diſſoluta Reſp. 10. num. 41. fol. 88.
Recipiens commodum, & incommodum animalium quem contractum ineat. Reſp. 9. nu. 8 fol. 73. num. 17. fol. 75.
Recipiens partem precij an teneatur ad reuenditionem. Reſp. 3. num. 5 fol. 22. num. 14 fol. 23.
Recipiens partem precij an probet venditionem. Reſp. 3. num. 16. fol. 24. Reſp. 4. num. 7 fol. 28.
Redemptio fit ſolutione precij. Reſp. 1. nu. 17. fol. 15.
Redimendi pactum actiuum, vel paſſiuum an ſit creditum, vel debitum. Reſp. 4. num. 2. fol. 27.
Redimendi pactum, durante tampore, an ſit debitum. Reſp. 4. num. 2 num. 4. fol. 27. num. 29. fol. 33.
Reſutatio ad bonum computum quid operetur. Reſp. 1. num. 6. fol. 13. num. 36. fol. 17.
Reſutationis Apoca quid operetur contra inſtrumentum. Reſp. 1. nu. 7. fol. 14.
Remedia iuris ad exigenda debita. Reſp. 10. num. 27. fol. 84. nu. 39. fol. 87.
Renitentia Paterna an poſſit diſſoluere Matrimonium. Reſp. 5. num. 9. fol. 37.
Requiſita Contractus, & diſtractus. Reſp. 4. num. 7. fol. 28.
Requiſita in venditione, & reuenditione. Reſ. 3. num. 15 fol. 24.
Reſiduum precij ſoluendi pro complemento ſolutionis an ſit verè debitum. Reſp. 4. num. 14. fol. 29.
Reſiduum ſolutionis anticipatæ ſub ſpe futuræ retrouenditionis num. ſit creditum. Reſp. 4. num. 22. fol. 32.
Reſtitutio in integrum an competat infirmo. Reſp. 7. num. 13. fol. 58.
Retro ſimilis actus an, & quomodo requiratur in reuenditione. Reſp. 3. nu 13 fol. 23.
Renunciatio toti hæreditati an includat legitimam. Reſp. 2. nu. 7. fol. 19.
Retrouendendi contractus quomodo concipiatur. Reſp. 1. num. 2. fol. 12.
Retrouenditio an, & quando habeatur per facta. Reſp. 4. num. 3. fol. 27 num. 24. fol. 32.
Retrouenditio & venditio pari paſſu ambulant. Reſp. 3. num. 1. fol. 21. Reſp. 4. num. 6. fol. 27.

Retro-

Digitized by Google

Retrouenditio inducitur partis precij ſolutione. *Reſp.* 3. *num.* 2. *num.* 4. *fol.* 21. *num.* 12. *num.* 14. *fol.* 23.

S.

SAlarium an conſequatur Medicus ductus ad medendum tempore infirmitatis. Reſp. 7 *num.* 19. *fol.* 58.

Scriptura num ſit de neceſſitate contractus. Reſp. 4. *num.* 8. *fol.* 28.

Scriptura, & Inſtrumentum num, & quomodo probari poſſint. Reſp. 10. *num.* 33. *fol.* 85.

Scripturæ publicæ non ſunt denegandæ à Notarijs. Reſp. 8. *num.* 31. *fol.* 69.

Seniores, & infirmi in functionibus publicis habilitari poſſunt. Reſp. 7. *num.* 20. *fol.* 58.

Seniores ſunt iunioribus prudentiores. Reſp. 5. *num.* 15. *fol.* 38.

Sententia an ferri poſſit contra infirmum. Reſp. 7 *num.* 8. *fol.* 49.

Sermonem auget verborum duplicatio. Reſp. 2. *num.* 3. *num.* 4. *fol.* 18.

Specialitatem includit generalitas. Reſp. 1 *nu.* 25 *fol.* 16.

Societas Officij an diuidi poſſit. Reſp. 10. *num.* 40. *fol.* 88. *num.* 45. *fol.* 89. *num.* 49. *fol.* 91. *An perempta parte capitalis, duret ſuper reſiduo. num.* 46. *fol.* 90. *An per receptionem partis ſortis principalis ſit in totum diſſoluta. num.* 41. *fol.* 88. *An contracta ſuper duobus Officijs, altero extincto, duret. nu.* 43. *fol.* 89. *An contracta ſuper vnico officio, duret parte illius alienata. num.* 44. *fol.* 89.

Societas Animalium, ſaluo Capitale, an ſubſiſtat. Reſp. 9. *num.* 1. & *ſeqq. fol.* 71.

Societate finita, pecunia an tranſeat in ſimplex mutuum. Reſp 10. *num.* 22. *fol.* 83.

Soccita, vulgo, COLLAIA, quæ ſit. Reſp. 11. *fol.* 95.

Soccita Suyllarum quomodo procedat. Reſp. 9. *num.* 14. *fol.* 74.

Solutionis loco an ſit legatum liberationis. Reſp. 1. *num.* 26. *fol.* 16.

Solutio partis precij an inducat venditionem. Reſp. 3. *nu.* 2. *num.* 4. *fol.* 21. *num.* 22, *num.* 14. *fol.* 23.

Digitized by Google

Solutio praecedens facit venditionem. Reſp. 1. *num.* 17. *fol.* 15.

Solutio precij, & iuramentum faciant deſinere rem eſſe intentionatam. Reſp. 4. *nu.* 21. *fol.* 32.

Solutum indebitè repeti poteſt Reſp. 4. *nu.* 5. *fol.* 27. *nu.* 19. *fol.* 32.

Sorti mutuatæ quicquid accedit vſura eſt. Reſp. 10. *nu.* 12 *fol.* 82. *num.* 18. *fol.* 83.

Subornatio quandò praeſumatur facta. Reſp. 6. *num.* 12. *fol.* 47.

Subrogante deficiente, deficit ſubrogatum. *Reſp.* 10. *num.* 16. *fol.* 82.

T.

TAcitus ne, an expreſſus requiratur conſenſus in contractibus. Reſp. 4. *num.* 10. *fol.* 28.

Taxatio fructuum ab initio contractus in ſocietatibus officiorum ſapit vſuram. Reſp. 10. *nu.* 12. *fol.* 82. *num.* 18. *fol.* 83. *A quo fieri debeat. nu.* 34. *fol.* 85. *ſecum dum* Rot. *Rom. nu.* 36. *fol.* 86.

Teſtamentum an poſſit interpretari à Notario rogato Reſp. 8. *n.* 13. *num.* 15. *fol.* 66.

Teſtamentum an ſit inſtrumentum publicum, an veniat appellatione contractus. Reſp. 8. *num.* 6 *fol.* 64.

Teſtamento an addi, vel minui poſſit aliquid à Notario, qui illud rogauit. Reſp 8. *num.* 12. *fol.* 65.

Teſtamētū plenariā debet accipere interpretationē. R. 4. *n.* 15 *fol.* 30.

Teſtatoris intentio maximè inſpicienda. Reſp. 1. *n.* 18. *nu.* 20. *fol.* 15.

Teſtator ſi mandet reſtitui omnia bona, an includat. Trebelleanicam. Reſp. 2. *num.* 8 *fol.* 19.

Teſtes contra B. Suſannam qui fuerint. Reſp. 6. *num.* 31 *fol.* 51.

Teſtis an, & quando falſarius dicatur. Reſp. 6. *num.* 17. *num.* 18. *num.* 20. *fol.* 49.

Teſtis deponens iudicialiter contra extraiudicialem atteſtationem, an ſit faſarius. Reſp. 6. *nu.* 2. *fol.* 45.

Teſtis falſus an ſit infamis. Reſp. 6. *num.* 26. *quos offendat. nu.* 31. *fol.* 51. *num.* 42. 44. *fol.* 53. *Quid ſi deponat veritatem, quam neſcit. num.* 27. *fol.* 50.

Teſtis recuſans dicere veritatē an ſit torquendus. Reſp. 6. *n.* 7. *fol.* 46.

Tortura an in ciuilibus inferri poſſit. Reſp. 6. *num.* 6 *fol.* 46. *ad quid teſti inferatur. num.* 5. *fol.* 46.

Digitized by Google

Tridentini Concil.decret.ſeſſ.24.c.9.de reform.Matrim. & ſeß.22. c.1.de refor.Reſp. 5.num. 8.fol. 37.num.31.fol.42.

V.

VAſallus infirmus non petens inueſtituram ſtatuto tempore an excuſetur. Reſp.7. num.18.fol. 58.

Vendendi,vel retrouendẽdi promiſſio an obliget præciſè ad factum. Reſp. 4.num.20 fol.32.

Venditio an probetur, ſi pretium tantum petatur. Reſp.3.nu. 17. fol.24.vel ſi pars pretij recipiatur.n.16.ibid. Reſp.4.nu.7.fol.28.

Venditio an, & quando facta dicatur per actum retroſimilem. Reſp. 3.num. 13 fol.23.

Venditio, & reuenditio pari paſſu ambulant. Reſp. 3.nu. 1.fol.21. Reſp. 4.num.6.fol.27.an includantur per ſolutionem partis pretij Reſp.3.num.2.num.4.fol.22.num.12.num.14.fol.23.

Venditio an pro parte reſpui, & pro parte acceptari queat. Reſp. 3. num. 9 fol. 22.

Vendit.& emption.contractus an ſit indiuiduus.Reſ.3. n.6.fol.22.

Venditionis, & reuenditionis requiſita.Reſp. 3.num. 15.fol. 24.

Venditor an,& quomodo poſſit cogere emptorem ad retrouendendum.Reſp.2.nu.10.fol.20.

Verba(à b uo n'cemio)quo modo intelligenda. Reſp.4.n.18 fol.31

Verborum à proprietate non eſt recedendum.Reſp.1.n.29 fol.17.

Verborũ geminatio,quid operetur. Reſp.1.n.20.nu.21.n.23.fol.16.

Veritas virtus pulcherrima.Vir à Virtute dicitur.R.6.n.10.fol.47.

Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformitèr determinare. Reſp. 1. nu.4.fol.13.

Vir,& Mulier an poſſint nubere ſine conſenſu parentum, & aliorum de familia.Reſ.5.num.3 fol.39 nu.12.fol 38.nu.25 fol.40.

Vir & Vxor dicuntur Socij diuinæ, & humanæ domus, vna, & eadem caro. Reſp.5.nu.6 fol.37.

Voluntas, & conſenſus Creditoris quomodo, & quibus ex cauſis eliciatur. Reſp. 1 num.8 fol.14.

Vſura eſt etiam quicquid accedit ſorti mutuatæ.Reſp. 10.num. 12. fol.82..num.18.fol. 83.

Vulneratio contractus an, & quomodo cenſeatur inducta. Reſp.1. num.14.fol.14.

TIMOTHEVS TIMOTHEIVS
PRIOR S.ANTONII PERVSIÆ.

Per Illuſtri, ac Reuerendiſsimo
DOMINO ANGELO
ABBATI DE PERIGLIS.

O. P. F.

IAM opus exegimus. non ab re, 'ni fallor erit, ſi, RESPONSIS à nobis olim in lucem editis pro iuribus firmandis noſtris in OLIVETANOS COENOBITAS hæc quoque conglutinentur. his namque quaſi cadenti Aediculæ nonnullorum afflictata congreſſu fulcrum ſtruximus, eamdemque firmauimus. Nunc verò PROPVGNACVLO poſito, partes rurſus tutati noſtras, circumcincto iuris Muro, præſidia ponimus tranquillitatis, & pacis. Sic habeant hodierni MORES. Claſſicum neceſſitate perculſi iam cecinimus; nunc, pacatis rebus, Deo Auſpice, canimus receptui. Procùl Prædones! procùl perduelles! Eia, age, Pacis ANGELE, & gladiũ tuæ humanitatis peracutũ acri manu arripe, ſtringe, pelle, vt Amici tui fidiſſimi, obſequẽtiſſimiq; præſidio adſis, nè iniquis, neuè improbis dilaceretur morſibus. Huc, illuc cõcurſa, cũctaq; rimare ſedulus; in te enim omnis fortitudinis, ac firmitatis noſtræ ſpes inclinata recumbit, vt iure de tè audactèr dici liceat ex Ouidiano ſchemate,

„ Tu populos, Vrbeſque, & Regna ingentia finis,
„ Omnis erit ſine te litigioſus Ager,
„ Nulla tibi ambitio eſt, nullo corrumperis auro,
„ Legitima ſeruas credita rura fide.

Vale. Et Amantem, vt ſoles, Ama. Peruſiæ. X. Kalendas Iunij. M.D.C.XXXVII.

Digitized by Google

Errata ſic corrigito .

Pag.	lin.	err.	corrig:
11.	25.	in re	iure
15.	9.	ſoiutione	ſolutione
31.	29.	poſcia	paria
35.	19.	Matrimonium	Monaſterium
38.	21.	exhæredare	exhęredari
38.	27.	n.	nu. 16.
39.	18.	obligatù	obligamur
41.	24.	excluditur	excludit
44.	3.	. ſit	ſit .
50.	26.	reguaritèr	regularitèr
57.	17.	legit	egit
57.	21.	eut	ſent.
71.	7.	inæſtmatorum	inæſtimatorum
77.	26.	ſubrogato	ſubrogante
97.	9.	fęnetitius	fœneratitius
97.	23.	iure	in re.
97.	30.	naturam	natura
103.	31.	numine	nemine
103.	20.	connentus	conuentus
103.	23.	Momenta	monimenta
103.	35.	tenetur	teneatur

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google